nuit ex alio defectu extrinſeco,ꝑdit bn̄-
ficia. Et iſtā gl.tenuit do.Ant.hic,ſ ꝙ cō
ſtitutus in ſacris, nō ſit priuatus, ſed pri-
uādus.Et mouet̄,qa cā priuationis elicit̄
ex c.qđ a te,& c.diuerſis.j̄. e. qa aliàs nō
pōt deſeruire uxori, & bn̄ficio:ſed in cō-
ſtituto in ſacris ceſſat hæc rō,cū mr̄imo-
niū nō teneat, & cōpellat̄ dimittere uxo
rē.Ego tenerē aliā opi.ꝙ ſit priuatus ip-
ſo facto, ſicut ſi teneret mr̄imoniū. Pri-
mò,qa uera rō ꝑditionis bn̄ficii eſt taci-
ta renūtiatio, ſeu habitus ꝓ derelicto, q
cauſat̄ ex ꝯctu mr̄imonii, cū elegerit a-
ctū oīno ꝯriū clericatui; vn̄, quātū in ſe
fuit, habuit bn̄ficiū ꝓ derelicto; ad hoc
tex. in d.c. ex trāſmiſſa,& qđ not.Inn. in
c.1.de apoſta.& d.c cū renūtiat̄. Itē ꝑſup
poſito, ꝙ cā ꝑditionis eſſet illa allegata
ꝑ d.Ant.nihilominus dicerē adhuc uaca
8 re bn̄ficia ipſo facto. †Probat̄ ꝑ ſimile ꝑ
adeptionē ſecūdi bn̄ficii curati uacat pri
mū ipſo facto: qa reddit̄ impotēs ad ſer-
uiēdū utriq;,ut in c.cū ſing.de ꝑbē. li. 6.
& c.relatū,de cleri nō reſidē.cū ſīl̄ibus:
eteni ſi qs adipiſcit̄ ſm̄ de facto, uacat pri
mū ipſo facto,ut in d.c.cū qui;ad idem c.
quāto,de trāſlatio.ꝑla. ubi eꝑs trāſferēs
ſe proprio motu ad aliā cathedrā, caret
habita & ambita. ita in propoſito in o-
diū iſtius, qui uoluit ꝯhere matrimoniū
carnale,cū non poſſit, debeat tn̄ effectus
ſurgere ꝯ eū,ac ſi matrimoniū tenuiſſet.
Ex prædictis habes,an & quando ex con
tractu matrimonii clericus perdat bene-
ficia ſua.An autem & quando perdat pri
uilegium clericale, Io.An. tractat in d.c. Ioannes,& ibi di
citur. Abbas.

S V M M A R I V M.

1 *Coniugatus non promouetur ad aliquos ordines eccleſiaſticos,nec ad beneficia, nec uicarius* Epiſcopi. 2.*niſi uouerit caſtitatem,& unam tantùm uxorem habuerit; intellige hoc de uxore,ut nu. 3.& 4.*

5 *Bigamus,id eſt ille,qui habuit duas uxores,& ille,qui habuit unam non uirginem,quare non poteſt ad clericatum promoueri.*

C A P. I I.

1 SAnè. †Coniugatus ad adminiſtrationem, &
ad ordinem eccleſiaſticum,uel beneficiū
non promouetur,niſi caſtitatem promittat,& nō
ſit bigamus.h.d. Primò dictum:ſecūdò exceptio,
ibi, *niſi.* Caſus literalis.Quia coniugati ad eccleſiaſtica be
neficia promouebant̄, præcipit Papa ne de cœtero clericus
cōiugatus ad beneficia eccleſiaſtica, uel ad ſacros ordines,
uel ad aliquam adminiſtrationem admittatur, niſi fortè ca
2 ſtitatem uouerit perpetuam, & qui unam tantùm, & uirgi-
nem habuiſſet in uxorem. B. †Not.primò,ꝙ clericus con-
iugatus nedum beneficia eccleſiaſtica,ſed etiam adminiſtra
tionem eccleſiaſticā habere pōt;& puto,ꝙ per hoc uerbum,
adminiſtrationem,ſit hic caſus, ut non poſſit eſſe uicarius
b epi; [b] qđ tenent doct.in c.1.eo.tit.lib.6. ſed per alias rōnes.
Dicunt enim, ꝙ cū clericus coniugatus non gaudeat priui-
legio eccleſiaſtico,niſi in duobus, de quibus ibi, inter quæ
non reperit̄ iſtud, non poterit promoueri ad hoc officiū.
Nota ſecundò,ꝙ qn̄q; clericus uouet continentiā expreſſè;
& ſic tenet̄ non ſolū ad continentiā ex conſtitutione eccle
ſię,ſed ēt ex uoto;qđ an ſit uerum generaliter, dicā in c. cū
3 olim,j̄. eo. †Vltimo no. ꝙ coniugatus, qui ꝯxit cum unica
& uirgine,pōt promoueri ad ordines, dūmodo promittat
cōtinentiā, & intellige uxore mortua uel cōſentiēte,prout
not.in gl.prima.Sed quæro,nunqd poſſit promoueri ad or
dines minores? & dic,ꝙ non,ut in c.fi.de tēp.ordi.li.6.Vn-
de uerbū,ſacros ordines,capit̄ hic generaliter,ut cōprehen
dat oēs ordines. Et idē dic de beneficiis,ut indiſtinctè nul-
lū beneficium poſſit habere in titulum; an aūt diſpenſatiuè
poſſit habere,dicet̄ in c.Ioānes.j̄.eo. In gl.ſecūda,ibi, *ſeque ſtrato manſionis cubiculo.* Nunqd aūt ſufficiat ſeparatio quo
ad lectū tantū:an debeat ſeparare ſe quo ad habitationem;
dic,ut in gl.in c.eꝑs benedictionē.77. diſt.& c.cōmunio.31.
diſt. Et generaliter, an & qn̄ liceat alteri coniugū intrare
4 religionē,dicet̄ in c.ex parte,de conuer.coniuga. † In gl.fi.
ibi: quidam dicunt,ꝙ non pōt &c. hanc opinionem tenue-
runt Goff.& Hoſt.qui multum in hoc inſtant,& probant ꝑ
leges ciuiles, dicentes coniugatum non promouendū, niſi
habuerit uxorem ex uirginitate, non concubinam, in aut̄.
qūo oportet epi.§.1. & in hoc multum inſtant. Sed opi.gl.
noſtrę,quæ infrà ſubiicitur,cōiter tenetur.& licet Io.And.
hic tranſeat reci.d.Hoſt. tn̄ gl. ſua poſita in c.unico,eo.tit.
lib.6.tenet cum opi.huius gl.& ibi uide latius. Idem ſentit
gl.in c.qualiter 33.q.5. & in c.innotuit, de ele.optimè facit
c.tanta,qui fil.ſint legi.Nam fauore matrimonii fingit̄ ma-
trimonium a principio fuiſſe contractum; & ſic eſt confor
mitas & unitas inter iſtos, & multum mouet me in hac o-
c pi. ꝙ hæc irregularitas ſit de iure poſitiuo;[c] qđ not. in c.2.
de biga. Ideò cùm ſit odioſa, & contrahatur ſine delicto,&
ex permiſſione apoſtoli, debet fieri ſtricta interpretatio;
no.Inno. in c.ad audientiam. de homi. Iura ergo, quæ re-
quirunt uirginitatem tempore contractus, habuerunt re-
ſpectum ad effectum, ut non dicatur corrupta per alium.
vnde hęc opi. ſatis eſt æqua, & attendenda eſt multum loci
5 conſuetudo. †Et ſi uis ſcire, quare bigamus, uel corru-
d ptę maritus non poſſit promoueri ad clericatum;[d] dic, ꝙ
clericus debet eſſe miniſter Chriſti, i. ſacramenti. Ideò
indecens eſt illum promoueri, qui patitur aliquem defe-
ctum in aliquo ſacramento; ſicut patitur ille, qui diuiſit
carnem ſuam in plures, uel habuit corruptam. Nam ma
trimonium eſt maximum ſacramentum in eccleſia; ut in
c.ut debi-

a Perdit bn̄ficia. Adde Roma.conſil.365.
ZACHAR.

b Nō poſſit eſſe uicarius Eꝑi. Adde, ꝙ pōt eē uicarius eꝑi habētis iuriſdictionē tēporalē,ut not.iſte in c.2.col.3.uerſi.q̄ro, nūqd laicus,&ibi Feli.nu. 6. col.4. uer. fallit primo, s̄.de iudi.

c De iure poſitiuo. Adde Pet. de Anch.cōſi.133. ubi ponit, an diſpēſari poſſit cum illo,q cognouit uxorē poſt,q̄ cōmiſit adulterium.
SEB. SAPIA.

c Poſitiuo. An irregularitas ſit de iure diuino, uide Feli.in c.fi. col.2. uerſi. extra materiā,s̄. de maio. & obed.& in c. q̄ in eccleſiarū,col. 6. uer.ſecūda cōcluſio,s̄.de cōſti.ubi tāgit,an Papa poſſit diſpēſare i omni irregularitate.
ZACHAR.

d Promoueri ad clericatum. Adde qđ no.in apoſ.ad iſtū in c.2. nu.1.ī uer.ordinū executionē. j̄. de biga.



c.ut debitum,de biga.coniunctio carnalis deſignat confor-
mitatē,q̄ eſt inter Chriſtū & eccleſiā militātē ꝑ aſſumptio
nē carnis humanę.vn̄,ſicut fuit caro unica & pura; ita vni-
cū dēt eſſe matrimoniū,& purū ad hoc, ut eccleſia rectè il-
lam vnitatē poſſit pręfigurare,& de hoc uide latius id d.c.
ut debitū,& per gl.in c.quapropter.27.q.2. Eſt ēt in matri
monio cōiunctio animorū, per quā deſignatur charitas ſeu
coniunctio in charitate inter Deum & fidelem animam.
Eſt ergo matrimonium maximum ſacramentum,quia de-
ſignat illas duas res ſacras,de quibus.s̄.dictum eſt.

S V M M A R I V M.

1 *Clerici in minoribus conſtituti contrahentes matrimonium, priuantur beneficiis& recuperant,ſi qua bona dederint eccleſiæ. 2.*

3 *Caſtè uiuere dicitur mulier, quæ tranſit ad ſecunda uota, & non perdit relictum ſibi factum,cum conditione,ſi caſtè uixerit,niſi aliter ſenſerit teſtator, uel communis uſus loquendi.*

4 *Donans aliqua bona alicui collegio,uel monaſterio,ſi inde poſtea exiuerit,an & quo caſu recuperet bona illa donata.*

5 *Oblatus alicui monaſterio, dando ſe & ſua, intantum efficitur ſeruus illius monaſterij,ut non poſſit tranſire ad ſtrictiorem religionem.*

6 *Monachus,ſi ante profeſſionem mortuus eſt,an ſuccedat monaſterium,an hæredes ſanguinis.*

7 *Monachus fugitiuus quicquid acquirit,acquirit monaſterio,de quo aufugit,& Abbas poteſt ipſum uendicare cum omnibus bonis quæſitis.*

8 *Monachus ingrediens religionem ſtrictiorem, uel factus Epiſcopus alterius eccleſiæ,recuperat bona patrimonialia in primum monaſterium tranſlata,& alteri acquirit.*

C A P. I I I.

1 QVod à te. †Si clericus in minoribus bn̄ficia-
tus matrimoniū ꝯhit,priuat̄ bn̄fi-
cio,& quod dedit eccleſię,ſibi reſtituit̄.h. d. & in
hoc ultio eſt caſus no.& multū alle.Cōis diuiſio.
Secunda ibi, *id uolumus* quę ſubdiuiditur in duas partes.
Secunda, ibi: *ſanè.* Caſus liter. Quidā clerici in minoribus
conſtituti accipiebāt vxores,dicētes ꝙ nō poterāt contine
re.q̄ritur,utrū dēant bn̄ficia retinere?Rn̄det papa,ꝙ ſunt bn̄
ficis eccleſiaſticis ſpoliādi:qa carnalib⁹deſideriis,& diuinis
officiis ſeruire nō pn̄t ꝑꝑ immundiciā ipſorū. Veruntn̄, ſi
eccleſiis illis,in quibus intitulati fuerāt, de poſſeſſionibus,
aut aliis bonis aliqua contuliſſe noſcuntur, cū ab earundē
miniſterio fuerint à bn̄ficio ſequeſtrati,bona illa reſtituāt̄
ei ſdē.B.Primò not.quē non poſſe deſeruire carnalibus de
ſideriis,& diuinis officiis,& hęc fuit una cā, quare clericis
fuit indicta continentia.Ad idē.c.diuerſis fallaciis.j̄.e. tit.
Secundò not.ꝙ coniugatus dr̄ immūdus reſpū diuinorū.Et
facit rō tex.ꝯ clericos orientales,ut nō ſint ita mūdi, & ita
diuinis intenti,quemadmodū clerici occidentales ltīme cō
a tinentes[a]†Vltimo no. ꝙ conferēs tꝑe ingreſſus aliqua bo-
2 na collegio,ꝑt inde recedens illa repetere;ad idē.l.1. ff.de
colle.illi.& an hoc ſit uerum indiſtincte.j̄.ſubiiciam cū gl.
In glo.ſuper uer.*ualentes*.in fine.not.bene gl.iuncto tex. Ex
qua collige,ꝙ conſuetus peccare,difficulter à pctō abſtinet.
vn̄ alibi dicit text. pulchrè. Humanæ naturæ eſt conſueta
ſumma affectione diligere,& abhorrere, quę in diſſuetudi-
nem abierūt.23.qō.6.§.finali.Et hēs vnū modū, ex quo dif
ficile ſeruat̄ cōtinētia;ſm̄ collige ex.c.eccleſiæ. Prīceps.35.
diſt.vr̄ ꝑꝑ delicias & epulas;ad idē.c.à crapula,de ui.& ho
2 ne.cle.†In gl.2.ibi: *caſtitas eſt cum propria uxore.*no. bn̄ glo.
& hēs tex.valde not.in.c.Nicena,hic alle. & nō eſt alibi ita
tex.expreſſus,& alleg.iſtū tex.Bar.in.l.mulier.§. cū ꝓpone-
bat̄,ff.ad Treb.ad q.ut vxor nō ꝑdat relictū ſibi factū, ſi ca-
b ſtè uixerit,trāſeūdo ad ſecunda uota,[b],niſi aliud ſenſerit te
ſtator,ſeu aliud hēat cōis uſus loquēdi;& idē not.Bar. C.
ſi ſecundo nupſ.l.1.& facit ibi text. cū authoritate ſua, ſed
apte ꝓbat̄ in d.c.Nicena. Nā Greci coniugati caſtitatē ſer
uant,alias nō pn̄t fungi ſacerdotio,cū cōparent̄ Diis & An
gelis rōne officii ſacerdotalis.c.cū ex iniuncto,de hær.Poſ
ſes ēt aliter rn̄dere ad tex. ꝙ qn̄ frequēter ēt cū uxore pec-
cat̄,vn̄r immundi ad miniſtrāda ſacra. Et an & qn̄ peccet
maritus cubando cū uxore,vide.13.diſt.nerui.33.q.4.c. uir
cū ꝓpria uxore,& ibi in ſumma, & glo. ualde not. q ponit
quatuor cauſas, ex qbus uir nō commi-
ſcet̄ cū uxo.32.q.1.c.qcqd,dico plene ſu
per rub.de ſponſa.Et in fi.glo. Boati.po-
nit hic.8.cās,quare clerici cōtinere dēnt.
Prima qa dēnt pacare Deū orōnib⁹,& n̄
pn̄t pacare,niſi ei placeant.3.q.7.in gra-
uibus.pacare aūt nō pn̄t,ſi carnaliter ui-
uunt.Secūda,qa Deus ſpiritus eſt, iō ipſi
Deo dediti,ſpiritualiter,nō carnaliter vi
uere dēnt.Tertia qa ſunt ſodales Angelo
rū,ſeruiunt.n.Deo,cui & illi deſeruiunt.
Quarta,qa intendūt gn̄ationi ſpūali. iō
ſpiritualiter uiuere dēnt. Quinta cā, cū
ſancta miniſtrent,ſancti eſſe dēnt. vn̄ di-
cit Deus: Sancti eſtote: qm̄ ego ſanctus
ſum.82.diſt.plurimos,& c.ſequēti.Sexta,
cū alios mūdent.1.q.1.c. ipſi ſacerdotes,
debent ipſi eſſe mundi.Septima,qa hēnt
ſponſam, ſ.ſapientiā, ſeu Dei eccleſiam.
Octaua & ultima, ut ex toto ſint ipſius
Dei,& non diuiſi. nā coniugati ſunt di-
uiſi in duo,ut in.c.diuerſis,ꝑal. Et iſtę rō
nes ſatisfaciunt, ut & orientales clerici
debeant ſeruare continentiā: nō tn̄ pec-
cant non ſeruādo.c.cū olim.j̄.e.Per hoc
dico, ꝙ licet clerici redderent̄ meliores
ſeruando continentiam,tn̄,ſi ꝯherent cō
iugia licita,nō peccarēt per.d.c. Nicena,
ſi conſtitutio eccleſiæ non obuiaret. †In 4
gl.fi.not.hanc gl.uſq; ad fi. ad quā quoti
die fit remiſſio,& ponit quatuor ſolōnes
ſatis ſubtiles. Prima ſolu. ꝙ ſi ſua ſponte
c recedit[c] non recuperat bona:ſecus,ſi cum
authoritate ſuperioris, &c. gloſ.impro-
bat hāc ſol. quia iſte clericus, de quo hic
ſua culpa receſſit ab eccleſia, & nihilomi
nus bona ſua recuperat.hæc impugnatio
glo.cōmuniter impugnatur a doct. quia
ſi clericus in minorib⁹ non ualet conti-
nere,licite contrahit matrimoniū, imò
eſt conſilium Apoſtoli, ut quiſq; habeat
ſuam,ſi aliter fornicationem vitare non
poteſt.28.diſt.c.de his.Item ſi eccleſia re
tineret iſtius bona,compelleretur indi-
recte ad deſiſtendum a matrimonio, qđ
fiendum non eſt, cum integritas corpo-
ris debeat perſuaderi, non autem impe-
rari.32.q.1.integritas,& ideo hęc prima
ſolutio ſatis poteſt ſaluari in caſu ſuo,ut
j̄.dicam.Secunda ſolutio eſt,ꝙ aut dona
tio fuit facta tꝑe īgreſſus, aut ſine aliquo
ingreſſu. Primo caſu reuocatur donatio
reuocato ingreſſu,ut hic,& in concordā.
ſecundo caſu non. Et not.bene hanc ſol.
ex qua collige, ꝙ donans bona ſua ali-
cui collegio,& collegium intrans, ur̄ do
naſſe intuitu ingreſſus.Tertia ſo.eſt,ꝙ đ
miſericordia fit reſtitutio bonorum: ſe-
cus de iure ſtricto.Contra hanc ſolu. fa-
cit iſte tex. qui non utitur uerbo ſapiēte
indulgentiam, imo potius ꝯrium, dum
dicit, *recta uia debent redire,&c.* & maxi
mè hoc innuit uerbum, debet, quod ex
proprio ſignificatu importat neceſſitatē
ut no.glo.in clem.attendētes,de ſta.reg.
per Bar.in.l.3.C.de pigno.Quarta & ul
tima ſolu. diſtinguit inter collationem
bonorum expreſſe factam,& tacitam, ut

a Continentes. Adde ꝙ ideo conſuluit Bal.conſi.263 3.li.ꝙ non gaudēt orientales eo priuilegio, quo occidentales. Ber.
ZACHARI.

b Tranſeundo ad ſecunda uota.Adde quod nota. in apoſt.ad iſtum in c. ut clericorum nu. 5. in apoſt. in uer.caſta uixerit, ubi limito hoc dictum, s̄. de uit. & hone.cle.
SEB. SAPIA.

c Recedit. Quādo recedens de collegio recuperet bona ſua,quę contulerat,tradit remiſſiue Fel.in. c. cum dilecta,col.fi. uer quid autem ſi un⁹, s̄.de reſcrip.

SEBA. SAPI.
a Vndē uiuat. Vide quod ſcribit do. Abb. in. c. de hoc pauloante finem, j. de ſimo. & Car. in conſi. 21. incip. quidam nomine Laurentius, & in conſi. 30. inci. quidam frater.
b Non fecit. Adde Cald. in pluribus ſuis conſiliis de regularibus.
SEBA SAPI.
c Secundus caſus. uide Iaſo. in auт. ingreſſi, co. pe. C. de ſacroſan. eccl.
d Fugitiuus. Adde Pe. de Anch. conſi. 310. Ber.
e Ardua in facto. Adde, ꝙ Anto. de But. conſi. 76 inci. monialis ſanctiſſimæ uitæ, tenet bona remanere primo monaſterio, dato uſufructu ſecūdo monaſterio, ne illi ſit oneroſa & uidetur æqua opin.
ANT. FRAN.
Circa hoc, ſi monachus, uel monialis facit tranſitum ad alind monaſteriū ſtrictioris regulæ, cui applicēt bona, quæ forſan erant apud primū monaſterium, per ea quæ habentur ī c. in preſentia, de proba. & in aut. ingreſſi, C. đ ſac. ſan. eccleſi. uide quæ plenè no. in. c. licet, de reg. & Bal. in. l. 1. C. cōi de ma. & eundem in l. cū in adoptiuis, in. 5. co. C. đ adop. & ſatis placet ea opi. ꝙ bona tanquam acceſſoria ad monachum ſeu monialē debeant ipſum ſequi. Ad quod etiam uide Bar. in l. ſi cōis, in fi. ff. de ſtip. ſer. ne ipſum monaſteriū ad quod facit trāſitū, patiatur damnum ex illius ingreſſu, de quo uide per Ang. Paul. de Ca. & Alex. in l. cui fundus, in §. .in fi. ff. ſi cer. petā.

primo caſu nō ſit locus receptioni, ſcđo
ſic: & ita gl. vř ītelligere iſtū tex. Sed cer
tè hæc lect. nō cōgruit literę, quę loquiť
de expreſſa collatione, ut patet ibi: ali-
qua cōtuliſſe noſcunť: ſed certo caſu iſta
eſt bona cōſideratio, ut. j. dicā. Hoſt. hic
& Io. An. poſt eū diſtinguit, ꝙ aut q̄ritur
de ingrediēte religionē, aut eccleſiā ſecu
larem. Primò caſu, ſi non fecit ꝓfeſſionē,
oīa bona recuperat inde recedens, ar. c.
ſuꝑ eo, & c. ſtatuimus, de reg. Si uero fe-
cit ꝓfeſſionē, tūc ſi receſſit licitè, recupe-
rat bona: ut hic, & in c. ex tranſmiſſa, de
renūt. cū ſi. ſecus ſi illicite, puta ſine ſupe
rioris lnīa arg. c. licet de reg. De ingrediē
te eccleſiā ſecularē dńt, ꝙ aut tacitè bo-
na ſua trāſiuerūt in eccleſiā, & illa recu-
perat inde recedēdo, ar. in. d. c. ex tranſ-
miſſa, dicit tñ Io. And. & bñ, ꝙ nō uidet,
qūo bona clerici ſecularis tacitè trāſeāt
in eccleſiā, cū in eis non hēt locū auť. in-
greſſi, C. de ſac. ſan. ecc. quæ dicit, ꝙ cum
ſint capaces bonorū, remāſerunt illa pe-
nes eos, niſi de facto aliud fuerit obſerua
tum. Si uerò bona contulit expreſſe, tunc
de miſericordia illa recuperat, ſi non ha
a bet, unde uiuat[a]: ſecus aūt de iure ſtricto,
faciunt iura pro & ꝯ alleg. in gloſ. ſed cer
te hoc p̄t reprobari ꝑ iſtū tex. ubi expreſ
ſa fuit facta donatio: & tñ reuocať, nec ap
paret de aliqua miſericordia, & in hoc
multi multa dicūt. Sed, ut clarè hēas ma
5 teriam, expedio per aliquos caſus. †Pri-
mus, qñ quis intrauit religionē, & nō fe-
b cit[b] profeſſionē & in hoc conſidera, quia
aut nō fecit ꝓfeſſionē, quia fuit oblatus
dando ſe & ſua plenè monaſterio, & iſte
amplius, non reuocat. Eſt. n. quaſi ſeruus
monaſterii, iō, ut dicit gl. in c. ut lex cōti-
nentiæ. 27. q. 1. in gl. ſuꝑ uer. profeſſi, ꝙ ñ
p̄t inde recedere, ēt cā ſtrictioris religio-
nis, quod eſt ualde ſin. ſi eſt uerū. Archi.
tñ ibi tranſit. Sed uide quod dico in. c. in
p̄ſentia, de proba. Nā poſſet ęquiparari
quo ad caſum noſtrū alteri monacho, de
quo. j. dicā. †Aut nō fecit ꝓfeſſionē, qa
ibi eſt mortuus, & eſt no. dubiū, utrū bo-
na debeant redire ad hęredes ſanguinis,
aut, ad monaſteriū, de quo in auť. ingreſſi
p̄al. & d. c. in p̄ntia, & dic, ut ibi. Aut pro
feſſionem nō fecit, qa inde receſſit: & cō-
ſidera, ꝙ aut donauit oīa bona ſua expreſ
sè, & in dubio vř donaſſe rōne perſonę,
qa non eſt uериſimile, ꝙ ſpoliaſſet ſe oīb⁹
bonis nō trāſeundo, iō reuocat receden-
do facit quod in ſiḿ not. Bar. in d. auť. in
greſſi. Vř. n. donaſſe cauſa mortis, vñ tali
morte nō ſecuta per profeſſionem, p̄t re-
uocare, ſicut ſeruať in donatione facta cā
mor. ut l. non oīs, ff. ſi cer. pet. Si uero do
nauit aliqua, tūc vř donaſſe nō cā ingreſ
ſus, ar. eorū, quæ no. in. c. bñficiū, de re. li.
6. & c. cūſtōnem, e. ti. & li. Tacitè uero bo
na hmōi non trāſeūt in monaſteriū; ſed
manent penes eū, ex quo nō eſt ꝓfeſſus,
c ut d. c. bñficiū. Secundus caſus[c] eſt, qñ in-
trauit monaſteriū, faciendo ꝓfeſſionem.
quo caſu cōſidera, ꝙ aut profeſſio nō te-
nuit, aut ſic. Primo caſu bona, quæ tacitè trāſiuerūt, redeūt
ad ꝑſonā ſuā, & hoc caſu ſerua ultimā ſol. glo. quia acceſſo
riū ſequiť ſuū principale. Aut expreſsè cōtulit, & ſic crede
bat ꝓfeſſionē tenere, reuocat illa bona: qa vř cā mortis mū
danæ donaſſe, ut. s̄. dixi, & bñ facit. l. ſi pater, C. de hæred. inſt.
ubi patet, ꝙ ſi inſtituo aliquē credēdo illū filiū meū, aufe-
runť demū illi bona, ſi conſtat cum nō eſſe filiū. Si uerò ſcie
bat profeſſionē nō tenere, nō reuocat, qa vř in oēm caſum
donaſſe, arg. l. cuius ꝑ errorē, ff. de re. iur. & hoc uoluit Ber
nar. in d. auť. ingreſſi. Et de facto accidit iſta qō hoc anno
in hac ciuitate. Si uerò ꝓfeſſio tenuit: aut inde egrediť ꝓp
pctm̄ ſuū, ut qa collocať in alio monaſterio ad agendū pœ
nitentiā, & danť bona ſecundo monaſterio quo ad uſumfru
ctū, uide tex. cū gl. no. in. c. de lapſis. 16. q. 6. Sed poſt mortē
nālē uſusfructus redibit ad primū monaſteriū, & conſolida
7 biť cū ꝓprietate bonorū, ut ibi. †Aut inde egrediť capiendo
fugā, & bona nō recuperat: imò quocunq; acceſſerit, p̄t Ab
bas eū uendicare, cū oib⁹ bonis ꝑ eū acquiſitis. 18. q. 2. c. ab
d bates. Ex quo no. ꝙ qcq̄d acquirit monachus, ēt fugitiuus[d],
acquirit monaſterio, quātuncunq; ſit in partibus remotis,
8 ut in. d. c. abbates. Aut inde †egrediť licite, puta tranſeundo
ad monaſteriū ſtrictius, uel ꝓmoueť in p̄latū alterius eccle
ſiæ, ꝙ tunc eſt pulchrū dubiū, qd de bonis, q̄ tranſiuerāt in
primū monaſteriū. Nā aliqui moderni uolunt, ꝙ debeāt re
manere penes primū monaſteriū, & quicquid poſtea acqui
rūt. cedat ſecundo monaſterio, ſeu eccleſiæ, pro quo prima
fronte vř tex. pulcher in. c. 1. 18. q. 1. Alii dixerunt indiſtin
ctè, ꝙ bona debent cum ꝑſona trāſire, & ꝙ illud. c. unicum
ꝓcedit in bonis acquiſitis induſtria monachi: qa illa rema
nent penes primū monaſterium, ſecus in patrimonialibus;
qa illa vñr ſꝑ accedere ad perſonā monachi, licet expreſsè
fuerint collata tꝑe ingreſſus rōne prædicta, & hāc fi. opi. te
nuit hic cōſulēdo d. Car. ſed Pe. de Peruſio tenuit primam;
e & q. alias fuit ardua in facto.[e] Mihi multum placet hæc opi.
ſecunda, ſcilicet, ꝙ bona patrimonialia ſequantur perſonā,
ar. hic, & d. c. ex tranſmiſſa, & l. 1. ff. de colle. illi. Item addu-
co ſubtiliter in arg. text. illius. c. 1. vbi dicitur, ꝙ monachus
factus Epiſcopus poteſt adire hæreditatem paternā ſibi de-
latam, quam acquirit epiſcopatui, & non primo monaſte-
rio. Ecce ergo, ꝙ illa ſpes ſuccedendi patri, quę tranſiuerat
in primum monaſteriū iuxta not. per Inn. in c. in præſentia,
de proba. ſequitur perſonam monachi. Hoc autem intelli-
ge, qñ donatio fuit facta tacitè, vel expreſsè, ita, vt ex conie
cturis appareat, ꝙ ratione ingreſſus fuit facta, puta tempore
ingreſſus: ſed vbi non habita ratione ad ingreſſum; puta,
quia longè ante ingreſſum, vel ſubſit alia coniectura, nō fit
reuocatio, licet transferatur inde perſona, niſi de miſericor
dia; & hoc caſu ſerua tertiam ſol. glo. quia non poſſunt dici
hęc bona accedere perſonæ ꝑꝑ diuerſitatem temporū, arg.
c. dudum, de conuer. coniu. Tertius caſus principalis eſt in
clerico ſeculari, uel in laico intrante eccleſiam ſecularem,
& de bonis laici oblatis tali eccleſię, vide gl. 1. d. c. vt lex. Et
ſatis puto, ꝙ in bonis iſtorū poſſit fieri in effectu pręcedēs
diſtinctio. Si enim ſunt acceſſoria ad perſonā tacitè vel ex-
preſsè, poſſunt reuocari inde recedente perſona, ut hic &
d. c. ex tranſmiſſa, & d. l. 1. de colle. illi. ſecus ubi non eſſet
acceſſoria ad perſonam, niſi de miſericordia fieret reſtitu-
tio. Et hęc nota, quia ſępe accidunt &c. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Clericus conſtitutus in ſacris, qui de facto contraxit matrimonium, peracta pænitentia poteſt ab Epiſcopo reſtitui, etiam ad beneficia, ſi uero occultè contrahit, non indiget indulgentia, facta pœnitentia. 2.*
3 *Clericus in ſacris ꝯhēs matrimoniū, ipſo facto ē ſuſpēſus, nō illa ſuſpēſione, quæ inducit irregularitatem celebrando, ſed tanquam notoriè criminoſus.*
4 *Clericus in ſacris magis peccat contrahendo matrimonium, quam committendo adulterium.*
*Delictum regulariter præſumitur grauius ex maioritate pœnæ.*
5 *Clericus contrahens nuptias, uel tenens concubinas, debet carere officio & beneficio.*

CAP.



CAP. IIII.

1 Sane. †Peracta pœnitētia diſpēſant Ep̄i cū ſa
cerdotibus, q matrimoniū de facto ꝯxe
rūt. h. d. Caſus lr̄alis. Quidā ſacerdotes ꝯxerūt
nuptias, q̄ potius cōtubernia ſunt dicēda, ꝓꝑ qđ
eccleſiis ſuis fuerūt ſpoliati. q̄riť, utrū poſſit Ep̄s cū talibus
diſpēſare? Rńdet Papa, ꝙ poſt lōgā pœnitētiā, & uitā lauda
bilē, cōtinētes pn̄t ꝑ Ep̄m ad officium ſuū diſpēſatiuè reſti
2 tui, & eius executionē hr̄e. B. †Primò no. arg. optimum &
a quaſi exp̄ſſum in tex. ꝙ cleric⁹ in ſacris ꝯhēdo mr̄imoniū,[a]
de facto ꝑdit executionē officii ſui, & ſic vř ipſo facto ſuſpē
ſus; adeò, ꝙ niſi ex diſpēſatione amplius officiū exercere nō
pōt. Et intelligo, ꝙ eſt ſuſpēſus nō illa ſuſpēſione, q̄ indu-
cit irregularitatē in celebrāte, & qa hoc nullibi expreſsè ca
ueť, & ſic ſtat. c. is qui, de ſent. excō. li. 6. ſed eſt ſuſpēſus, ſicut
3 q libet notoriè criminoſus. c. ſi s̄. tit. 1. & de tēp. ord. c. fi. †Se
cūdò no. caſum, in quo ep̄s diſpēſat & ſi teneas hoc pecca-
tū eſſe grauius adulterio, dic, ꝙ iò Ep̄s diſpēſat: qa reperiť
hoc expreſsè cōceſſum: aliàs ſecus, ut in c. at ſi clerici, de iu-
di. Et licet hic ſint opiniones, an grauius peccet ꝯhēdo ma
trimoniū de facto, an cōmittēdo adulteriū; ego crederē, ꝙ
grauius peccet ꝯhēdo mr̄imoniū: qa vř hoc caſu apoſtata-
re, & colligiť ex maioritate pœnę. Nā & mulier, & filii inde
nati efficiunť ſerui eccleſię, ut in c. cū multæ. 15. q. fi. qđ non
contingit in adultera, nec in filiis ſuſceptis de adulterio, ut
ibi not. & dixi in c. 2. s̄. tit. 1. In dubio colligimus maiorita-
tē delicti ex acerbitate pœnę. 24. q. 1. nō afferam⁹. l. reſpiciē
dū, ff. de pœnis. Qñq; tñ fallit hoc arg. ut l. aut facta, in fi. ff.
4 de penu. leg. & not. in c. latorē, & c. admonere. 23. q. 2. †Vl-
timò hic opp. de. c. ſi de tēpo. ordi. ubi nulla rēqriť diſpēſa
tio dńt doct. ꝙ aut crimē eſt notoriū; & habet locū qđ hic
dř: aut occultū; & ꝓcedit ꝯrium. Et not. bñ hāc ſolu. qa ille
tex. expreſsè nō loquiť in caſu noſtro. Et ex hac ſolu. habes,
ꝙ ſi clericus occultè ꝯhit, nō indiget indulgētia poſt pœni-
tētiā. †Et uide ad mām bonū tex. in c. decernimus. 28. diſt.
ubi dř, ꝙ ꝯhens nuptias, uel tenens concubinā, careat officio
& bñficio; quē tex. not. bene. Extēdit enim. c. ex parte
Adæ, de teſt. & dat intellectum ad iſtum tex. & ſic intelligo
Inn. & Hoſti. qui nimis generaliter loquuntur. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in minoribus perdunt beneficia, ſi contrahunt matrimonium: ſi uerò illa habuerint poſt matrimonium contractum, non auferuntur ab illo, qui contulit, ſed a ſuperiore.*
2 *Clerici beneficiati, qui non dixerunt officium, an teneantur ad reſtitutionem fructuum?*
3 *Papa promouendo, uel eligendo inhabilem, uidetur cum eo diſpenſare: inferior uerò non.*
*Diſpenſatio facta à principe ſine cauſa cognitione, ualet: facta ab inferiore a principe, non.*
4 *Conferens beneficium, non poteſt ipſum reuocare, ſi collatio fuit facta inhabili: ſed ſuperior reuocabit. Intellige, niſi conferens beneficium fuerit Papa, per ea, quæ dicuntur. s̄. nu. 2.*
5 *Contractus initus cum eccleſia non poteſt per partem, quæ cum ea contraxit, retractari: ſed ipſa eccleſia poteſt approbare, uel improbare: quia de eius fauore agitur.*
6 *Contra factum proprium an quis poſſit uenire, uide hic remiſſiuè.*

CAP. V.

1 Diuerſis fallaciis. †Clerici in minoribus
bñficiati, q mr̄imoniū
ꝯxerūt, bñficiis ſpolianť. h. d. Vel ſic, & pinguius.
Auferēda ſunt clerico bñficia, q̄ habebat tēpore
ꝯctus matrimonii: collata uerò poſtmodū ſciēter per ep̄m ꝑ
eūdem auferri nō pn̄t, ſed ꝑ ſuperiorē. h. d. Diuidiť. Nā pri-
mò narrat factum, qđ ſecundò improbat, ibi: *cum ergo.* duas
rōnes reddēs, & illud ꝑ Diœceſanū corrigi mādat, unū ca-
ſum excipiens, ibi: *niſi.* Caſus literalis. Quidam clerici ꝯ-
xerūt matrimoniū; nihilominus bñficia eccleſiaſtica retine
re cōtendunt, q̄riť qd iuris ſit? Dicit Papa, cū ergo uir cogi
tet, qūo placere poſſit uxori, & iō circa ea, q̄ Dei ſunt, mi-
nus ualeat cogitare: qa quaſi in duo diuiſus, plenā ſui non
habeat poteſtatē, ut ergo ei, a quo ſtipen
diū recipit, plenius famuleť; mādat Ep̄o
Noruiceñ. ꝙ huiuſmodi clericos eccleſia
ſticis beneficiis debeat ſpoliare, appel. re-
mota, p̄ſertim cū eccleſiaſticarū rerū ſub
ſtātia ꝑ tales ſoleat perire, niſi ipſe illis
ſcienter cōtulerit bñficia; & tūc nō ꝑ ip-
ſum, ſed ꝑ ſuū ſuperiorem ſpolienť bene-
ficiis eiſdē. B. Primò not. ꝙ coniugatus
nō pōt ꝑfectè tendere in uitā cōtempla
tiuā. oportet. n. eū eſſe actiuū circa uxo-
rem, & rē familiarē. nā multa ſunt onera
matrimonii; qbus cōſideratis, inquiunt
apoſtoli. Si talis eſt cā uiri ad uxorē, nō
expedit nubere. 32. q. 7. oēs cauſationes.
Et ex hoc inferť, ꝙ cū ſtudiū alicuius ſciē
tiæ requirat hominē totū, & cōtemplati-
uū, nō ualet cōiugatus uacare ſtudio. Vñ,
ut narrat Hiero. ꝯ Iouinia. Cicero poſt
repudiū Terentię rogatus ab Hircio, ut
ſuā ſororē duceret ī uxorē; nequaquā an
nuit, dicēs ſe nō poſſe uxori pariter & phi a
loſophiæ operā dare; qđ not. Secundò
no. duas cauſas, quare clericus cōiugatus
nō pōt hr̄e bñficiū eccleſiaſticū. Prima,
qa nō pōt perfectè famulari, cū non ha-
beat ex toto ſui corporis poteſtatē. Secū- a
da, qa amore filiorū, & cōiugis eccleſia-
rū ſubſtātia ſolet ꝑ tales dilapidari; uide
1. q. 3. peruenit. ubi dicit gl. ꝙ Ep̄i efficiū
tur cœci in diſſipādo bona eccleſię amo-
re nepotū; fortius amore filiorū efficiunť
omnino cœci, ſi eſſent legitimi, & natura
les. Tertia cā colligiť ex. c. qđ a te, s̄. eo.
Nam cōiugatus reputať imūdus reſpectu
obſequii ſpiritualis, cū intēdat carnali-
bus deſideriis. Et adde alias cauſas, quas
dixi in d. c. qđ a te. Tertiò nota, ibi: *ple-
nam ſui &c.* qđ nō ſolū uxor dř nō hr̄e
poteſtatē ſui corporis, ſed ēt maritus; ad
hoc c. nō debet, de cōſan. & affin. Nō em̄
iudicanť ad imparia maritus & uxor quo
ad onera mr̄imonii. c. quāto, & c. gaude-
mus, de diuor. Verſať. n. in matrimonio
mutua ſeruit⁹, & mutua poſſeſſio. vñ qui
poſſidet, poſſideť. s̄. de reſti. ſpo. c. ex trāſ c
2 miſſa, & c. ex ꝯqueſtione, eo. ti. † Itē no.
ibi: *a quo ſtipendium &c.* ꝙ clerici bñficia
ti dńr ſtipendiarii Dei, & dať eis ſtipen-
diū rōne famulatus. Et ex hoc pōt addu-
ci hęc lr̄a multū ſtrictè ꝓ opi. Cald. in c.
1. de celeb. miſ. ubi tenuit clericos teneri
b ad reſtōnē fructuū bñficiorū,[b] q ceſſaue-
rūt a diuino officio, licet aliq̄ ꝯ, ubi lati⁹
dicā. Sed hęc lr̄a pōt adduci ī ar. mō p̄di-
cto. Vñr. n. eis bñficia collata ob certam
cām, ſ. ut famulenť Deo. ergo cā ceſſante
cōpetit repetitio, ff. & C. de ꝯdi. ob cau. ꝑ
totū. Hāc tñ opi. nō firmo, ſed dicā, ubi ſu
prà remiſi. †Vltimò potes notare, ꝙ Ep̄s
ñ p̄t clericos ꝯiugatos reddeř capaces bñ
ficiorū. Nūqd aūt poſſit aliquo caſu diſpē
ſare, dicā ī c. Ioānes. j. e. ubi cōiter teneť,
3 ꝙ diſpēſat ī minorib⁹ bñficiis, ut ibi lati⁹.
†Et illa opi. p̄ſuppoſita collige ex tex. unū
bonū dcm̄, ꝙ ſuꝑior exercēs actū cū ſub-
dito ꝯ legē eo caſu, quo diſpēſare p̄t, ñ vř
c in dubio diſpēſaſſe.[c] Inn. tñ tenuit con-

a Contrahēdo matrimoniū. Adde Feli. plenè in c ita nos, col. 3. uerſi. in tex. ibi pro periurio, s̄. de iureiur.
a Ad reſtitutionē fructuū beneficiorū. Adde Bal. idē tenētem in l. 1. in prin. C. de his qui. ut ind. & in l. Neſennius, ff. de excuſ. tut. & in l. ſi. & ibi Ang. C. ubi pup. edu. deb. & iſta eſt uera & cōmunis opinio ſecūdū Fel. in c. poſtulaſti, co. 10. uerſi. & ſcias, ꝙ ſi clericus. s̄. de reſcri. qđ eſt contra iſtū in c. 1. de celeb. miſ. ꝑ eū all. ubi deo duce reſpōdebimus eius obiectis.
c Diſpēſaſſe. Adde Old. latè cōſi. 325. uſq; ad 332. Rom. conſi. 396. & 307. Ber.

trariũ:ſed primũ ipſe tenuit in c.ueniẽs,
de fi.p̃sby. Sed ꝯ̃ hoc põt op.de not.in l.
ɋdã cõſulebat, ff.de re iud.& l.Barbariꝰ,
ff. de offi.p̃ſi. Solu. ſentit hic Hoſt. ꝙ a-
liud in principe,aliud in inferiore:cui ex
gratia ꝑmittĩ diſpẽſatio. Et placet in ef
fectu hęc ſol. & declara eã ſic:In diſpẽſa
tione principis neceſſariò nõ reqrĩ cau
a ſæ cognitio:[a]ſed ſufficit ibi ſola uolun-
tas, ut no. Inn. in c. cũ ad monaſteriũ,de
ſta. regu. Iõ ſatis eſt, qualitercũq; pateat
de uolũtate principis;& ſatis dr̃ patere,ſi
ſciẽs inhabilẽ eũ ꝓmouit ad officiũ ſibi
legibus interdictũ:ſed in diſpẽſatione ĩ-
ferioris reqrĩ neceſſariò cauſę cogni-
tio. Nã diſpẽſare eſt diuerſa pẽſare.vñ
ex ꝓprio ſignificatu uocabuli diſpenſa-
tio vr̃ cõceſſa cã ſubſiſtẽte & cognitione
p̃cedẽte. An expediat ſic diſpẽſare,vide
bo.gl.1.q.7. c.reqſitis. §.niſi rigor,& ꝑ
Inn.in d.c.cũ ad monaſteriũ.Si ergo iſte
cui ꝯceſſa eſt diſpẽſatio, nõ adhibuit cau
ſæ cognitionẽ,nõ p̃t dici diſpẽſatio, ſed
diſſipatio,& dẽt tũc reuocari ꝑ ſuperio-
rẽ, ut hic, & ille eſt puniẽdus: ɋa fecit a-
ctũ ꝯ̃ legẽ in caſu nõ ꝑmiſſo. De quo ui-
de plenè qđ leg.& not.in c.at ſi clerici.§.
de adulteriis,de iud.& vide qđ not.in c.
2. de ſchiſ.ubi plenè not.an & qñ uideaĩ
diſpẽſare ſuperior ueniẽdo ꝯ̃ legẽ. Et ſic
ex his aptè aperiĩ intellectꝰ huiꝰ.c. Nã ꝯ̃-
ſupponẽdo, ꝙ ep̃s potuiſſet hic diſpẽſa-
re,tñ ex quo nõ egit diſpẽſare, nec adhi
buit cauſæ cognitionẽ, nõ ualet talis col
4 latio. †Sed tũc remanet dubiũ, quare ip-
ſemet nõ poſſit talẽ collationẽ reuoca-
re,ex quo uiribus nõ ſubſiſtit?hoc exami
naĩ in gl.ma.potes tñ dicere,ꝓut hic ſen
tit.Hoſt.ꝙ ex quo qs agit actũ,ĩ quo po-
tuit diſpẽſare, licet diſpẽſatio nõ teneat
quo ad ſuꝑiorẽ:ɋa nõ ſeruauit ſeruãda:
ipſe tñ ꝯuenire nõ põt:ɋa, quãtũ ĩ ſe eſt,
actũ approbauit; & tene mẽti ſemꝑ hãc
ſol. ɋa facit ad multa. Indignũ.n.eſt re-
probare mores illius, quos, quãtũ in ſe
fuit, approbauit ſemel; ad hoc l.ſi uxor,
ff.de adul.32.q.5.c.horrẽdus.4.q.3. ſi qs
teſtibꝰ.Potes addere aliũ notabilẽ intel-
lectũ,vcʒ ꝙ hęc diſpẽſatio nõ tenuit quo
ad ſuperiorẽ. vñ nullitas hæc inſurgit fa-
uore tertii; quo caſu nõ põt is,ɋ actũ ex-
plicauit, fundare ſe ad irritationẽ actus
ſuꝑ iure tertii; ad idẽ l. ſi creditoribꝰ,C.
de ſer.pig.da.ma. & optimè facit tex.12.
q.2.c.ſi qua de rebꝰ,†& qđ not.gl.ĩ c.1.ne
ſe.ua. Vbi ſingulr̃ hr̃, ꝙ recipiẽs rẽ eccle-
ſiaſticã ex ꝯ̃ctu emptionis in fauorẽ ec-
cleſiæ nullo mõ põt allegare nullitatẽ ad
retractationẽ actus; ſed ipſa eccleſia, de
cuiꝰ fauore agiĩ,põt actũ approbare,uel ĩ
probare.Ex qbꝰ hẽs ſuccinctè duos intel-
lectꝰ ad fin.huiꝰ tex. Tertiꝰ intellectꝰ eſt,ut
ſit in odiũ & opprobriũ ep̃i, ut factũ ſuũ
emẽdeĩ ꝑ ſuꝑiorẽ: ſed p̃cedẽtes ſunt no-
tabiliores. In gl.1.in fi.hoc dictũ gl.nõ ẽ
uerũ.Nã ep̃s & qlibet p̃latus habẽs iuriſ-
dictionẽ cõtẽtioſam, ſeu ſpiritualẽ, eſt ſi
mul actiuꝰ& cõtẽplatiuus. Actiuus eſt,in
quãtũ intẽdit ſaluti ꝓximorũ. Cõtẽplatiuus uerò,inquãtũ
cõtẽplaĩ Deũ,& ſuperiora. Vnde Moyſes,ɋ fuit Deo cõiun
ctiſſimus,fuit actiuꝰ,& cõtẽplatiuus. Nã certo tẽpore aſcen
debat in mõtẽ ad cõtẽplãdũ: reliquũ uerò expẽdebat ad ſa-
lutẽ ꝓximorũ; de quo in c. niſi cũ pridem,de renũ.facit qđ
no.in c.licet,de regu.Vnde Ioã.And.aliter intelligit.Dicit
enĩ,ꝙ ꝑ cytharã deſignaĩ uita actiua,ſeu laicalis,ut etiã di-
cit gl. & hoc ɋa cythara dr̃ inſtr̃m habẽs plures chordas,&
ſonũ ualde clamoſum;iõ deſignat uitã laicalẽ multis moti-
bus,& occupationibꝰ deditã. Pſalteriũ uerò, ɋa eſt inſtr̃m
habẽs ſonũ tenuẽ,& exilẽ,deſignat uitã clericalẽ, ſeu cõtẽ-
platiuã,q̃ eſt multũ ſuauis,& quieta.Senſus ergo lr̃æ eſt,ꝙ ĩ
cõiugato iſta nõ bñ cõcordãt: qm̃ cõiugatus ꝑꝑ ĩmũditiam
ſuã & alias rõnes, de qbus hic, nõ eſt aptus ad ſeruiẽdũ ec-
cleſiæ,& ſic ad ducẽdã uitã clericalẽ:ſed in clerico nõ cõiu-
gato iſta duo bñ cõcordãt. Nã clericꝰ, quãtũ in ſe eſt,debet
eſſe actiuus & cõtẽplatiuꝰ.Nã ſi bñ loqĩ p̃dicãdo, & nõ ope
raĩ, cõparaĩ cytharę. ſi uerò bñ operaĩ, & nõ loqĩ,ęquipa-
raĩ pſalterio;& iõ alibi dicit tex.ꝙ ſancta ruſticitas ſibi ſoli
6 ꝓdeſt.2.q.7.c.ſancta. †In gl.ſuꝑ uerbo, *non per te*,in fi.Not.
Gl.ꝓ intellectu iſtius brochardi, cũ q̃riĩ,nũqd qs poſſit ue-
nire ꝯ̃ factũ ꝓpriũ,[b]de quo plenè ꝑ Io.Cal. in c.ſi qs, de re.
eccl.no.alie.ꝑ Bar.in l.poſt mortẽ,ff.de adop.diſtingue ple
nius,ut ibi no.& quo ad intellectũ.c.noſtri, quare iſte non
poteſt uenire contra factum proprium,dic, ut ſ̃.dixi.

SVMMARIVM.

1 *Validitas actus pendet a loco,ubi fit,non ubi habet exerceri.*
2 *Sacerdos Græcus non poteſt habere eccleſiam inter Latinos,ſi uult obſeruare mores patriæ ſuæ.ſ.accipere uxorem.*
3 *Sacerdotes Græci quare non ligantur lege canonica in hoc, quòd non poſſint eſſe coniugati?*
4 *Lex generalis poteſt a certo genere perſonarum recipi,& a certo non, & non recipientes non peccant.*
5 *Papa poſſet ſtatuere,ut clerici Latini poſſint accipere uxores,niſi aliàs ipſi eſſent obligati ex uoto tacito uel expreſſo; quo caſu Papa non diſpenſat ſine maxima cauſa.*

CAP. VI.

*CVm olim.* Filius ſacerdotis Græci ex uxo-
re genitus licitè inter Latinos ꝓ
moueĩ,ſi ſcandalũ nõ obſiſtat.h.d.& eſt caſus no.
Cõis diuiſio.Secũda,ibi: *nos.* Caſus literalis.Va
cãte Angloriẽſi eccleſia,canonici eiuſdẽ cãtorẽ Tricarieñ.
in Ep̃m elegerũt.Archiep̃s Acherõtinus electionẽ illius e-
xaminãs,& ꝑſonã,inuenit,ꝙ pr̃ eius ſacerdos Græcus fuit,
& iuxta morẽ Gręcorũ in minoribꝰ ordinibꝰ ꝯſtitutꝰ uxorẽ
duxit,& ex illa in ſacerdotio ſuſcepit eundẽ. dubitauit Ar-
chiep̃s,vtrũ electionẽ illã deberet cõfirmare. Cõſultus Pa-
pa rñdet,cõſiderãs ꝙ oriẽtalis eccleſia nõ admiſit uotũ cõ
tinẽtię:imò in minoribꝰ ordinibꝰ ꝯ̃here pñt,& in ſuperiori-
bus uti mr̃imonio ꝯ̃cto; mãdat Pa.ꝙ ſi aliud nõ obſtet, illũ
cõfirmet,niſi cõſuetudo regionis repugnet ꝓ eo, ꝙ inter La
1 tinos Græci huiuſmodi cõuerſanĩ. B. †No.1.tex.ꝙ ubicun-
que agiĩ de habilitate perſonæ, uel ualiditate alicuiꝰ actus,
debemus inſpicere ad conſuetudinẽ loci, ubi aliquis oriun-
dus fuit:uel ubi actus fuit geſtus,non autem ad conſuetudi-
nem alterius loci,ubi aliqs actus uenit applicandus ad per-
ſonam.Licet.n.in eccleſia occidentali clerici teneanĩ abſti-
nere: tamen quia clerici in eccleſia orientali non teneñĩ,
inſpicimus conſuetudinem eccleſiæ orientalis, unde oriun
dus eſt promouendus, non eccleſiæ occidentalis,ubi exerce
tur actus electionis; qđ facit ad multa. Ex quo poteſt dici,
ꝙ Latinus, ſiue legitimus ſecundùm conſuetudinem pa-
trię ſuę debet ubiq; reputari legitimus. Ad quod facit l.1.
C.de mancip.lib. & not. per Bar. in l. omnes populi, ff. de
iuſti. & iur. & l. cunctos populos, C. de ſumma trini. Et
maximè ad illam q. videlicet, nunquid teſtamentum hic
c Senis conditum cum tribus teſtibus [c] ſecundùm conſuetu-
dinem,& ſtatutum propriæ patrię, habeat uires quo ad bo
na alibi ſita, & ſic de ſi. dic,ut ibi not. Secundò not. ꝙ cle-
ricus Gręcus licitè utitur matrimonio, etiam inter Lati-
nos;

a Cauſę cognitio. Nota,ꝙ ſi Papa ex certa ſcientia promouet inhabiles, uidetur diſpenſare. inferiores autem hoc non faciunt ſine cauſæ cognitione.iſtam opi.tenuit Bar. in repet.l.Barbarius, in 8. col. uer. ſed quid ſi Papa,ff. de offi.præſi. & Abb. in c. cum in cunctis. §. inferiora, uer.an etiam epiſcopi, & in c.innotuit,in 2.col. uer. ſi aũt & in c. quiſquis,in 2.not.ſ̃.de elec.& in uno iſtorum locorum dixi conferre pulchrum dictum Inno.in c.ueniens.ĩ. de fil. presby. ubi dicit, ꝙ non poteſt haberi pro legitima diſpenſatione temerarium factum inferiorũ, qđ eſt ualde no. uide tex. meliorẽ de iure in l. idem ulpianus,ff.de excu.tut. Aeneas de Falco.

b Factum propriũ. Adde Frã.de Aret. conſi.114. Pet. de Ancha.conſi.209. Ber.

SEB. SAPIA.

b Factum propriũ. Vide Alex.in conſi.127.col.3. in 1. uol.Iaſ.in l.ſi donatione,col.pe.C. de collati.poſt Alex.ibi.col.6.& remiſſiuè per Feli. in c.2. in 3.col. ſ̃. de excep. & uide caſum, in quo licet contrauenire, per Card.in conſi. 137.col.3.ubi ponit de rege,qui alienauit in præiudicium regni.poteſt enim contrauenire,ut ibi ꝑ eũ

SEBA. SAPI.

c Tribus teſtibus. uide Bal. & Pau. de Caſt.in l. 2. C. quemadmo. teſta. aperi. ubi Bal.ponit de eo, qui teſtatus eſt cum duobus teſtibus in terris Soldani. de quo etiam ponit Bal. in l. ius ciuile,in fi.ff.de iuſtitia & iure. Iaſo.in l.cũctos populos, colum. pen. C. de ſum. trini. &



nos;quod vr̃ prima fronte ꝯ̃ multa iura, q̃ dñt peregrinũ te
neri ad obſeruantiam conſuetudinis patriæ.8.di.q̃ ꝯ̃.12.di
ſtin.illa,& d.l.cũctos populos, de hoc uide qđ not. Inno.&
2 Hoſt.poſt eũ in.c.cũ ſ̃m, de tem.ord.ubi ẽt nota†nunqd ta
lis ſit tolerãdus inter Latinos,& nũqd poſſit ſibi cõferri ec-
cleſia Latinorũ,ſi uult ſeruare ritus ſuos.Nam hic nõ ſerua
bat iſte clericus ritus Gręcorũ:imò fuerat promotus in cã
torẽ inter Latinos,& hoc teneas. Et ſic limita iſtũ tex.ꝙ ta
li uolẽti obſeruare ritus ſuos.nõ eſt conferenda eccleſia in
ter Latinos,ne uariis ritibus coinqneĩ honeſtas eccleſię, ut
in.d.c.cũ ſecundũ. No.3 ꝙ licet Græci ſint Chriſtiani,& ſic
ſubditi ptãti papæ:non tñ peccãt non ſeruãdo legẽ papę,&
3 totius concilii ſuper cõtinẽtia clericorũ editã.†Cõtra hoc
tñ fortiter op.nã lex ligat oẽs ſubditos, ut in c.1. de cõſti.
maxime qñ lex eſt totius concilii,cũ p̃ſumaĩ inſtinctu ſp̃ũſ-
ſancti edita,50.diſt.ſi ille.93.diſt.diaco.Sol.vide gl.no.28.
di.de libellis,in fi.q̃ ponit duas ſolu.Prima,ꝙ Gręci non cõ
tẽpſerunt illam legem.hæc ſol.non ſatisfacit: ɋa licet gra-
uius peccet nõ obſeruãs legẽ,ſuperiorẽ cõtẽnendo, tñ p̃ter
oẽm contẽptũ peccat qs nõ obſeruãdo legẽ,de pœn.di.2.c.
ſciendũ.Secũda ſol.ꝙ papa approbauit tacẽdo mores eorũ
no.bñ hanc ſol.& extẽdẽdo eam dic, ꝙ ex quo illa lex non
erat de neceſſitate ſalutis,& nõ fuit recepta ab ipſis Gręcis
ꝑ longa tꝑa, Papa ſciente,& tranſgredientes nõ puniente,
4 illa lex nõ ligat eos.†Ex hoc nota pulchertimũ dictũ,ꝙ ubi
cunq; lex generalis recipitur in uſu à certo genere ꝑſona-
rũ,& à certo nõ recipiĩ,nõ recipiẽtes nõ peccant ſaltẽ poſt
lõga tꝑa;ad hoc.4.diſt.c.leges,& c.erit autẽ lex,ſecus dic,
qñ in eodẽ gñe perſonarũ maior pars recipit. Nã tunc mi-
nor pars nõ vr̃ excuſabilis ꝑ taciturnitatẽ ſuperioris, ſed
p̃t hr̃e locũ illud dictũ,multa ꝑ patientiã toleranĩ,in.c.cum
iandudũ,de p̃ben.Ex his ẽt collige aliud no.dictũ,ꝙ ẽt lex
pręcepti tollitur,ſi moribus utentiũ non recipiĩ,licet aliud
ſenſerit Hoſt.in.c.1.de treug.& pace:ſed intellige illud di-
ctũ Hoſti.qñ eſt lex pręcepti inducens ex natura ſui peccatũ
ex contrauentione,vt quia concurrunt cũ lege diuina;ſic vi
detur intelligere Inn.in ru.de conſue.Arbitror poſſe dari &
aliam ſol.ſatis not.iudicio meo, & vt euitẽtur ſubterfugia,
vt dicamus, ꝙ Papa ẽt cũ maiori parte concilii non poterit
indicere continentiã certo generi perſonarũ poſt promo-
tionẽ eis reſiſtentibus & reluctantibus, quia continentia ẽ
res,quæ poteſt perſuaderi:imperari autẽ non.xxxii.q.1.in-
tegritas.Fuiſſet enim indicere vitam valdè arctiorẽ & ſtri-
ctiorẽ ipſis clericis promotis contra no.in c.geſta.liiii.diſ.
& in regula,quod oẽs tangit,de reg.iur.lib.vi. & tunc rectè
ſtat litera,ꝙ eccleſia orientalis nõ admiſit, ſeu emiſit votũ
cõtinentiæ:quia neq; voluerunt ſe obligare huic voto,neq;
approbare legẽ concilii,vt in c.Nicena,& c.aliter,xxxi.diſt.
& ex hoc tolliĩ ꝯ̃rium.In gl.2.no.bñ hanc gl.uſq; ad fi.quę
quotidie allegatur in mã ſua,& opi.Vin. hic poſita placet
Gof.& mihi vr̃ ueriſſima.†Et ex hac op. p̃t inferri ad deci
5 ſionẽ pluriũ.q quarũ prima, nunquid hodie eccleſia poſſit
ſtatuere,ꝙ clericus poſſit ꝯ̃here matrimoniũ ſicut Gręci[a]?
a credo,ꝙ ſic;& in hoc indubitatũ eſt apud me reſp̃ũ eorũ, ɋ
nõ ſunt obligati ex uoto tacito uel expreſſo,& ſic intellige
rem gl.in.c.quæ ad perpetuã.25.q.1.& not.illã gl.ſic intel-
ctã. Probo rõne. cõtinẽtia nõ eſt in clericis ſecularibus đ
ſub̃a ordinis,ut dicit In.in c.placet.de cõuer.nec de iure di
uino,ɋa alias Græci peccarẽt, nec excuſaret eos conſuetu-
do,ɋa illa non ualet ꝯ̃ legẽ diuinã,ut in.c.fi.de conſuetu. &
iſte,de quo hic q̃ritur,eſſet illegitimus,ɋa foret ꝯ̃ legem di
uinã genitus.Et nõ ſolũ credo ptãtẽ ineſſe eccleſiæ hoc con
dendi.Sed ẽt,ꝙ pro bono & ſalute animarũ, ɋa eſſet ſalu-
bre ſtatutũ,ut uolentes continere, & magis mereri, relin-
querenĩ uoluntati,non ualentes aũt continere poſſint ꝯ̃he
re,quia experiẽtia docente ꝯ̃rius prorſus effectus ſequitur
ex illa lege cõtinentię,cum hodie non uiuãt ſp̃ũaliter, nec
ſint mundi,ſed maculanĩ illicito coitu cũ eorũ grauiſſimo
peccato, vbi cũ propria uxore eſſet caſti-
tas,ut ut d.c.Nicena.vnde deberet eccle-
ſia facere, ſicut bonus medicus,vt ſi medi
cina experientia docente potius officit,
quã proſit,eã tollat.Et vtinã idẽ eſſet in
omnibus cõſtitutionibus poſitiuis,vt ſal
tẽ obligarent quò ad pœnã, & non quo
ad culpã.Nã ita creuerunt ſtatuta poſiti-
ua,vt vix reperiantur aliqui,qui nõ cor-
ruperint vitã ſuã. Circa ordinatos verò
põt dici,ꝙ ĩ caſu, quo tenetur ordinatus
ex voto expreſſo,vel tacito, Papa nõ põt
diſpenſare,niſi ex maxima & vrgenti cã, a
quia votũ ẽ de iure diuino,& ſolũ debet
commutari in maius bonũ.c.1.de voto,& b
de facili nõ reperitur in hoĩe continẽte
maius bonũ. Nã nuptiæ replent terram,
virginitas paradiſũ.cxxii.qõ.1.c.nuptię. 1
Sicut in ſimili dicimus,nũquid Papa po
ſit diſpenſare cũ monacho, vt contrahat
matrimoniũ[b], de quo in regula, ſemel
Deo,de re.iu.li.6.ĩ Mer. dicã plene poſt
glo.in.c.cũ ad monaſterium; de.ſta reg.
ubi uero teneĩ duntaxat ex cõſtitutione
eccleſię,ut quia erat iuris inſcius, & ex-
preſſe non uouit, tunc facilius Papa poſ
ſet diſpenſare. Sic credo reducendã glo.
in.c.de illo.32.diſ.nõ tñ credo,ꝙ ex facit
cã poſſit diſpẽſare licet ſit ſtatutũ eccle-
ſię, qm̃ eſt diſpẽſare ꝯ̃ ſtatũ uniuerſalis
eccleſiæ; ſeu ſaltẽ decoloraĩ ſtatus eccle
ſię, quo caſu Papa nõ diſpẽſat ſine maxi
ma cauſa,uide pulchrũ tex.1.q.7.c.& ſi il
la,in glo fin. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus non cogitur deferre tonſuram, niſi ſit beneficiatus.*
2 *Clericus ꝑ ꝯ̃ctum matrimonij non deſinit eſſe clericus.*
*Tõſura non eſt de ſubſtantia clericatus, ſed eſt ſignũ.*
3 *Clericus coniugatus, ſi aliquo caſu gaudet priuilegio clericali,nõ gaudet,niſi in duobus,uidelicet quo ad forum in criminibus, & quo ad c.ſi quis ſuadente diabolo,& tunc fert tonſuram.*
4 *Clericus non incedendo in habitu & tonſura non ꝑdit priuilegium clericale, niſi poſt trinam monitionem.*
5 *In pœnalibus quod eſt diſpoſitum in caſu uero, non extenditur ad caſum fictum,etiam ſi iſta duo aliquando reperiantur parificata.*
6 *Clericus cõiugatus an poſſit cõpelli ad portãdũ tõſurã.*
7 *Clericus cõiugatus an poſſit obtinere beneficium eccleſiaſticum?*
*Laicus non p̃t habere beneficiũ eccleſiaſticũ in titulũ*
*Epiſcopus non diſpenſat contra ius, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
8 *In materia diſpenſationis,& ſic in materia exorbitãti[a], non ualet argumentum de caſibus permiſſis ad non permiſſos etiam minores.*
9 *Conſuetudo an introducatur per non uſum?*

CAP. VII.

1 *IOannes.* †Clericus con-
iugatus non be-
neficiatus non cogitur deferre
tonſuram.d.h. Primò ponitur
conqueſtio. Secundò Papę diffinitio,
ibi: *quoniam igitur.* Caſus literalis. Qui-
dam nomine Ioannes in acolytatus or-
dine conſtitutus contraxit matrimoniũ
cum quadam muliere, dimiſſa tonſura.
Epiſcopus loci compellebat eũ portare
tõſuram clericalem, propter quod uxor
ſcandalizabatur,de conſuetudine tamen

fide catho. & Andræ.Sicul.late in rub.ĩ.đ teſt. col. 18. Io. Bapti. de ſancto Seueri. in l.oẽs populi,col, 2.ff.de iuſti. & iure. Et ꝙ teſtm̃ ualidũ in loco ubi fit, ſit ualidũ ubique,uiđ late Moder.in.l. ſi nõ ſpeciali,C.đ teſt.ubi Alexan.

a Sicut Gręci. Adde Alex.con. 2.1. lib.Ber.

b Matrimonium. Dicas,ꝙ Papa poteſt diſpenſare, ꝙ monachus cõtrahat matrimoniũ ex cã, ne ſtirps nobilis deficiat ſine hærede, ita Bald. in.l. ſi tibi filiꝰ,ĩ fi.ff. de adop.dixi latiꝰ ſupra de uit. & ho.cler.ĩ.c.clericus. AEnæas de Falco.

ZACHARI.

Adde qđ nota in apo. ad iſtum in. c.ne dei eccleſiã, nu.1.in uer. ꝯ̃ regulã.ĩ. đ ſim.nec omitto unũ ſing. ꝙ ſi papa diſpenſauit. & aliquo caſu cum monacho, uel clerico, ut poſſit cũ ꝯuerſa cõtrahere matrimoniũ, ꝙ inuitus comtrahet.ut no.in apo.ad iſtũ in.c.fi.nu.1.uerſi. habet annexũ ſupra de bigamis.

ANT. FRAN.

Circa hoc, quod hic dr̃,an monachus poſſit diſpẽſari,ut contrahat matrimoniũ propter nobilitatem familiæ, aut alia iuſta cauſa,dicas ꝙ Papa non facit de monacho non monachũ, ut per gl.in.c.cũ ad monaſterium,de ſta. mo.Imò,ſi monachus contraheret matrimoniũ,grauiter puniteĩ, ut in cle.eos,qui,de conſan. & affi & habetur per Io.đ Imol.in.l. ſi quis poſt habẽdos, in §.fin.ff.de libe.& poſth. Et an poſſit puniri pœna corporali,uel pecuniaria,uiđ Bar. in.l.hos accuſare in.§.fi.de acc.An aũt poſſit cum eo

diſpenſari per papam, ut poſſit contrahere ex cauſa, de qua hic, dicas, ꝙ ſic, dummodo ſuſcepta prole recedat ad monaſterium, ut per d. Anto. Imo. & d. Car. in palle. c. cum ad monaſterium, de ſta. mona.

a Priuilegio clericali. Adde Lapum alle. 41.

ZACHARIAS. Adde Gem. in. c. 1. §. & cum Pariſien. nu. 5. & ibi in apo. Celſi in uerſ. coram iudice laico e. titu. lib. 6. ubi et Phi. Fran. nu. 1. & in apo. eiuſdē Cel. in uer. a iudice ſeculari, & dixi ali qd in apo. ad iſtū in. c. fi. nu. 8. i uer. & clerico, ſ. de ui. & ho. cle.

b ZACHARIAS. Trinam monitionē. Adde quod no. in apo. ad iſtū poſt alios in. c. 1. num. 5. in uer. ipſo facto ꝯ. de apoſti. Gem. in. c. 1. n. 2. & ibi in apoſt. Cel. in uerſi. ipſo iure, de ui. & hon. cler. libr. 6. & ibi Phi. Fran. num. 1. & in add. eiuſdē Cel. in uer. tonſuram et ueſtes.

SEBA. SAPI. Clericali. Vide Lapū allegat. 118 col. fi. quam allegat Felin. in. c. ecclesiæ S. Mariæ, in 17. q. ſupra de conſti.

c SEBA. SAPI. Conſuetudo. Nūquid ualeat conſuetudo, ꝙ clerici coniugati gaudeāt priuilegiis clericalibus, licet non deferāt habitum, nec tonſuram, uide Fulg. conſil. 23. incip. præſuppoſitis ſtatu in primo dubio.

loci clerici non cōpellebātur inuiti portare coronā. vñ. iſte Ioanes cōqueſtus eſt dño Papę. ſup hoc reſcribit Pap. Epo, dicens, ꝙ idē clericus ēt tonſuratus nō pōt priuilegio clericali gaudere. Vñ mādat, quatenus dictū Ioanē ſup tonſuratione hmōi non moleſtet, dūmō nullū bñficiū eccleſiaſticū recipiat, rōne cui⁹ dēat portare tonſurā, qa hmōi tonſura redundaret in opprobriū ordinis clericalis, cùm ipſum oporteat negotiis ſecularibus immiſceri. B. Primò no. ꝙ ordo a colytatus nō habet annexū uotū cōtinentiæ. eſt. n. de minoribus ordinibus, q nō ipediunt, nec dirimūt matrimoniū iā ꝯtū: ſecus ē in ſubdiaconatu, & ſuperioribus, ut in. c. 1. ſ. e. † Secundo not. caſum, in quo uere

2 clericus nō cogit̃ deferre tōſurā. nā per ꝯtū matrimonii nō deſinit qs eſſe clericus. Character. n. ſemel habitus, idelebilis eſt, ut no. in. c. degradatio, de pœn. li. 6. & ſup rub. de bap. & ſ. e. ſuper rub. Nec tōſura eſt de ſuba. clericatus. eſt. n. quoddam ſignū; ut. 12. q. 1. c. duo ſunt gña. Tertiò no. ꝙ ex nō uſu qñq; inducit̃ cōſuetudo, ſicut hic ex nō delatiōe tōſurę, & de hoc ꝯ. plenè. Quartò no. clericū cōiugatū poſſe obtinere bñficiū eccleſiaſticū, qd vr̃ ꝯ c. ſanè. & c. qd̄ a te, & c. diuerſis fallaciis, ſ. e. ſed dic, ut. ꝯ. dicā. Vlt. not. ꝙ actus inhoneſtè geſtus ab uno, ex clericis redūdat i uituperiū totius ordinis clericalis,

3 facit. c. ad ſupplicationē, de renū. † In gl. 1. in fi. Primò ꝓ intellectu. c. & gl. eſt examinandū, an clericus cōiugatus gaudeat aliquo priuilegio clericali[a], & concludit poſt Io. And. ꝙ aut matrimoniū ꝯtū per clericū tenuit: aut fuit nullū ipediēte ſacro ordine. Prio caſu, aut ꝯxit bigamiā: qa duxit ſucceſſiuè duas uxores: uel ꝯxit, cū corrupta, & tūc ꝑdit oē priuilegiū clericale; imò cōpellit̃ uelit nolit dimmittere tōſurā. c. 1. de biga. lib. 6. aut non ꝯxit bigamiā. & tūc ſi nō incedit in habitu, & tōſura, nullo priuilegio clericali gaudet, ut in c. vnicō, e. ti. lib. 6. Si uerò incedit i habitu & tōſura, gaudet tñ duob⁹ priuilegiis. Primū eſt in criminalibus quo ad forū: ſm reſpū perſonę quo ad canonē, ſi qs ſuadēte. 17. q. 4. Reliqua uero priuilegia eccleſiaſtica ꝑdit ipſo facto, ut d. c. 1. & ita limita iſtū tex. dū dicit, ꝙ ēt tonſuratus gaudere priuilegio clericali non pt. dēt. n. intelligi de reliquis priuilegiis ꝑter illa duo. Et ad ꝑdēdū hęc priuilegia nulla reqritur monitio; ſed ſufficit ſolus

4 ꝯtus matrimonii. Nā ꝯrio actu perdunt̃ † hæc priuil. ſecus eſt in his, q nō ꝯxerūt mr̃imoniū, licet dimiſerint habitū & tōſurā; ñ. n. ꝑ hoc ꝑdūt priuilegiū clericale

b niſi poſt trinā monitionē:[b] qa nō exercuerūt actū omnino ꝯriū clericatui, & ſic intelligo iura allegata in prin. gl. pro ꝯriis. De hoc tamē ultimo dicendum, ut pleniſſimè dixi in. c. perpēdim⁹, de ſent. exc. Secūdo caſu principali, qñ matrimoniū nō tenuit ipediēte ſacro ordine, dic ꝙ aut ꝯxit de facto bigamiā, & efficitur

indiſpēſabilis quo ad executionē officii ꝑꝑ intentionē ſuā cū opere ſubſecuto. c. nuper, de bigamia. Sed putat hic Ioānes Andreæ, ꝙ ꝑ hoc nō ꝑdit priuilegiū clericale. Nā. c. 1. de bigam. li. 6. denudans bigamos priuilegio clericali, loqt̃ de uera bigamia: ſed iſte nō eſt uerus bigamus, cū matrimonium nō tenuerit. Nā uidemus, ꝙ depoſitus uerbaliter gaudet priuilegio clericali, dūmodo ſit corrigibilis, iuxta nota. in c. dictū. 81. di. & c. degradatio, de pęn. li. 6. hoc ultimò

5 no. Pro † hoc fac. qa in iſtis pęnalibus; quod eſt diſpoſitū in caſu uero, nō uerificat̃ in caſu ficto, ut in. c. in noſtra, ꝯ. iniu. l. 3. §. hęc uerba, ff. de neg. geſt. Et not. ex hoc dicto Io. An. id, quod dixi, ꝓcedere, ut diſpoſitū in caſu uero nō uerificet in ficto, ēt ſi aliàs quo ad qd reperiāt̃ iſta parificata, ēt quo ad certā ſpēm pęnæ, ut ꝓbat̃ i. d. c. nu p. Nā cōſtitutus in ſa-

6 cris efficit bigam⁹ quo ad qd. ſut ꝑdat executiōnē officii: ñ tñ hr̃ ꝑ uero bigamo quo ad hoc, ut ꝑdat oīa priuilegia clericalia, ſicut uerè bigam⁹, ꝗ pę. di. 1. c. pęnę. † Et ex his inferr̃ ad aliā. qō. uidelicet, nūqd clericus cōiugat⁹ poſſit cōpelli ad deferēdū tōſurā? Et cōclude latius, ꝙ aut incurrit bigamiā, & nō pt cōpelli, imo peccat portādo. d. c. unico. Aut ñ incurrit bigamiā, & tūc aut hēt bñficiū eccleſiaſticū ex diſpēſatiōe, & tenet̃ deferre, ut hic. Aut ñ hēt; & cōpellit̃ cāti uē, ſ. ſi vult gaudere iſtis duob⁹ priuilegiis. d. c. 1. e. ti. Eſt vn⁹ caſus dubitabilis, qd ſi hēt conſuetudo, ut cōiugatus oīno cōpellat̃ deferr̃ tōſurā. licet nullū bñficiū eccleſiaſticū uelit? Io. An. diſputat, & tādē cōcludit ualere cōſuetudinē; alleg. tex. iſtū a ꝯrio. Nā hic allegabat̃ cōſuetudo, ut cōiugat⁹ non cogeret̃ deferre, ergo cōſuetudo circa delationē attēdenda eſt. Itē ꝓbat̃ ꝑ locū à ſpāli. nā nō ualet cōſuetudo in bigamo, ut in. d. c. vni; ergo ualet in nō bigamo. Ad idē facit qd̄ ſ. dixi. Nā iſte verè clericus eſt, & cū hac ſnīa cōiter tranſeūt doc. Sed dubito ꝑꝑ ſi. huius tex. q multū ſtringit in ꝯriū, dū dicit, ꝙ cū oporteat tales cōiugatos immiſceri negotiis ſecularibus, delatio tōſurę tēdit ad uituperiū totius ordinis clericalis; ergo ñ dēt ualere talis cōſuetudo, maximè in uiris cōiugatis, qa tēdit in dedecus eccleſię. Eſt. n. ꝯ honeſta tē, ꝯ quā nō ualet conſuetudo. c. cū decorē, de uita & honeſta. cleri. nec pt vxoratus ꝓhiberi, quin īmiſceat ſe negotiis ſecularibus & ad iſtū tex. ꝓt rñderi, ꝙ iſta fuit narratio ꝑtis.

c Ad. c. unicū, dic, ꝙ ſpecificè nō dicit, ut ñ ualeat cōſuetudo[c] reſpū tōſurę, & pñſuppoſito, ꝙ diceret, ñ ꝑ hoc inferr̃, ꝙ ualeat cōſuetudo, quaten⁹ cōiugat⁹ nolēs teneat̃ deferre tonſurā. Ibi. n. ponit̃ caſus in volēte, & nos ſumus in nolente. cas⁹ tñ ſatis dubitabilis ē. Ex ꝑdictis hēs examinatos duos

7 articulos tactos in tex. † Terti⁹ articulus ē nō minus utilis nūqd clericus cōiugatus poſſit obtinere bñficiū eccleſiaſticū? hęc litera vr̃ innuere; ꝙ ſic in uerſi. dūmō, &c. In ꝯriū vero ſunt multa iura, ſ. lecta & allega. iō inſurgūt opin. Abbas hic dicit, ꝙ de iure cōi nō pōt hre, & ſic loquunt̃ ꝯria: ſed ex diſpenſatione ſic, & ita ꝓcedat iſte tex. hanc opinio ſecuti ſunt Goff. & Philip. ꝯ. c. 1. & Spe. in tit. de lega. §. ſicut, in uerſicu. 25. limitant tñ, ut ualeat diſpenſatio Epi reſpectu ſimplicis bñficii. Alii verò dñt, ꝙ tm̄ Papa diſpēſare pt. De laico uerū eſt, ꝙ beneficiū eccleſiaſticū in titulū habere nō poteſt. c. ex literis, de tranſact. & c. 2. de inſtit. not. doct. cōiter hic, & in c. cauſam, de reſcri. doct. ſequentes recitando opinionem tranſeunt, & expreſsè non eligunt. Illa tñ opinio Abba. cum aliorū tēperamēto vr̃ eſſe magis cōis: ſed credo de ſubtilitate iuris illam opinionem non procedere. Probatur apertiſſimè, quicquid ſit in criminalibus, in aliis com muniter datur regula, ꝙ Epiſcopus non diſpenſat contra ius; niſi in caſibus à iure expreſſis; not. in. c. at ſi clerici. §. de adulteriis, de iud. ꝓbatur in. c. dilectus, de tempo. ord. ad idem. cap. inſtitutionis. 25. q. 2. Nam per diſpenſationem uiolantur iura, & inferiori non eſt licitū uiolare iura ſuperioris, ut in clem. ne Romani, de ele. Io. & Arch. in. c. licet cauſam, de elect. libr. 6. Et hæc diſpenſatio nullibi eſt conceſſa Epiſcopo: imò potius videtur ſibi prohibita per. c. diuerſis,



diuerſis, & rationē eius, & c. ſanè, & c. 3. ſ. e. Probat̃ & fortiꝰ. Clericus cōiugatus ñ dēt adminiſtrare altari. 27. q. 2. c. multorū. ergo nō pōt hēre bñficiū eccleſiaſticū, cū illud deſ rōne adminiſtrōnis. uel officii, ēt ſi ſimplex, ut in c. ꝓpoſuit, ꝗ fil. pſb. & c. cōquerēte. ꝯ. ti. 1. Itē & tertiò hoc tēdit in prauū exēplū & ſcādalū aliorū, ut i c. ſeq. Nec ob. iura, ſup qui bus uidēt̃ ſe fundare illi doc. dū dnt Epm poſſe diſpenſare circa bñficiū cū homicida, & irregulari, ut in c. Héricus. ꝯ. ꝗ

8 cle. pu. in due. & c. ad audientiā, de homi. & 63. diſ. c. Saloni

a tanę, ubi diſpēſat̃ cū depoſito. † Ad hæc. n. & ſimilia rñdeo ꝙ in mā[a] diſpēſationis, q eſt exorbitās, nō dēt argui de caſibus pmiſſis ad nō pmiſſos, etiā ſi pmiſſi ſint maiores, ut no. Io. And. in regula, q a iure, de reg. iur. li. 6. dico plene in d. §. adulteriis. Et pro hoc uerba illius regulæ, dū dicit, quæ a iure cōi exorbitant, minime ad cōſequētiā ſunt trahenda ut l. quod uerò ꝯ ratione, ff. de leg. Itē pōt dici, ꝙ nō eſt eadē rō in coniugato, q in aliis prędictis. Nā alii pdicti non reputantur indigni. Nā elegerūt prius altam uitam cōtrariā; unde uidemus, ꝙ retinent priuilegia clericalia, ex quo ſunt corrigibiles. ut ſ. dixi: ſed ſecus in cōiugato. Item cùm illud. c. unicū uelit cenſeri cōiugatū, ut laicū, ꝑterq; in illis duob. caſib. quomodo poterit Eps illum habilitare ad bene ficia eccleſiaſtica? Et hanc partem de ſtricto iure puto uerio rē. Ad iſtū text. pōt rñderi tenendo aliā opi. ut loquatur de diſpenſatione Papę, ſatis eſt enim, ꝙ poteſt uerificari in ali quo caſu, uel poteſt intelligi, prout dicit Hoſt. in clerico cō

9 iugato habente ſtipendiū ab eccleſia, non tñ in titulū. Nam ſi cōſuetudo eſt, dēt deferre tonſuram, alias ſecus. † Vltimò op. ꝯ tex. Videt enim, ꝙ hic non poterat induci cōſuetudo ex nō delatione tonſurę: quia ex actu negatiuo, ſeu ex non uſu nō pōt induci cōſuetudo ut ſit cōmunis aſſuefactio, ſeu actuū repetitio. 1. diſt. cōſuetudo. 27. q. 2. c. ita nos, & l. 3. C. de epiſ. audi. facit inſti. de iur. nat. gē. & ciui. §. ex nō ſcripto dū dicit, diuturni mores, & c. Io. An. hic inſtat, & in effectu uī ponere uerba Cyn. poſita in l. 2. C. quæ ſit lon. conſuetu. Et dic breuius ſic, ꝙ qñq; nō uſus nō hēt in ſe actū tacitum ꝯ diſpoſitionē iuris neque in ſubſtātia, neque in forma, & tunc ex nō uſu nō inducit̃ cōſuetudo, neq; abrogat̃ lex. Pone exēplū. lex dicit hermaphroditū indicandū ſm ſexū ꝓualentē, l. qrit̃, ff. de ſta. homi. 4. q. 3. hermaphroditus: tamē ſi per mille annos nūq̃ accidit iſte caſus, nō pōt dici abrogata illa lex, quia nihil eſt actum ꝯ legē. Vel pone, lex dicit, ꝙ ſi dediſti mihi dānū, poſſit agere ꝯ te actione. l. Aq. pone, ꝙ dammum paſſus nūquā uoluit agere, ꝑfecto ex hoc nō eſt inducta conſuetudo ꝯ illā legē: quia illa lex non neceſſitat ad uſum, ſed dat facultatē agendi. Et ideò ex hoc cō

b cludimus aliā regulā,[b] ꝙ in his, q ſunt meræ facultatis, nō inducit̃ cōſuetudo. Nā in his caſibus nihil agit̃ contra legem permittētē. Si uerò nō uſus habet in ſe tacitum actum cōtra diſpoſitionē iuris, inducit̃ cōſuetudo, ut hic. Nā non deferēdo tonſurā uī cōmittere cōtra legem, q inducit dilatiões tōſurę. Pone aliud exēplū, Lex defert hęreditates cōiter æqualiter oībus filiis, nō diſtinguendo inter maſculos, & fœminas. l. maximū uitiū, C. de li. ꝑte. ſed cōſuetudo tm̄ defert primogenito, & nūq̃ fœminę. licet enim fœmina, uel ſecūdus genitus nunq̃ fuerit uſus illo iure cōi. nihilominus inducitur conſuetudo, quia hoc actum fuit contra ius commune, & ſic de ſimilibus. Abbas.

## CAP. VIII.

Cum decorem. Vxorati non admittuntur ad eccleſiaſticas dignitates, & coguntur dimittere, quas habēt Caſus literalis. quidā clericus uxoratus nitebat̃ adipiſci aliquas dignitates eccleſiaſticas. Super quo conſultus Papa, rñdet, ꝙ clerici publice uxorati nō debēt admitti ad eccleſiaſticas dignitates, & ſi quas hēnt, illas dimittant: qa ſine ſcandalo, & malo exēplo eas retinere nō poſſunt. Ber. No. 1. ibi dignitates, ꝙ uxoratus, licet clericus, non poteſt

a hēre eccleſiaſticā dignitatē. Idē tñ dic de alio bñficio ſimplici, ut in c. 1. 2. & 3. ſ. & no. hic gl. Secūdò no. hic ex ſi. tex. ibi. *ſine prauo exemplo &c* ꝙ cōſuetudo non ualet, ut coniugatus poſſit tenere bñficiū eccleſiaſticū. Nō. n. ualet cōſuetudo cum prauo exēplo, arg. in c. cū decorē, ſ. tit. 2. & ita cōiter tenēt hic doc. qd̄ no. Sed q̃ b rit̃, qd ſi non publicè ſunt uxorati? do. & bene dicit, ꝙ idē, dummodo hoc probari poſſit, & ꝑ hoc iura ſupi⁹ allegata &c.

### SVMMARIVM.

1 *Clerici uxorati non gaudent priuilegio clericali in rebus ſuis puta circa ſolutionem gabellæ & ſimilium, etiam quod uadant in habitu & tonſura. 2.*

3 *Clericus depoſitus uerbaliter, ſi eſt corrigibilis, gaudet priuilegiis clericalibus ſecus ſi eſt incorrigibilis. Depoſitus uerò actualiter ipſo facto perdit omnia priuilegia.*

## CAP. IX.

Ex parte. † Clerici coniu gati in reb. ſuis 1

c nō gaudēt priuilegio clericali. h. d. ſecunda, ibi: *cum igitur.* Caſus literalis. Quidā literati de terra Reginę Anglorum habitu, & tonſura dimiſſi, ducūt vxores: tñ ad hoc, ut declinēt iuriſdictionē Reginę, & eā defraudēt de bitis obſeq̃is tōſurā reaſſumūt. Inſuper quidā alii recepta tonſura ſimiliter contrahūt, & eā deferūt, ut excuſari ualeant a pdictis. ſignificauit hoc Regina do. Papę, & ipſe rñdet, cū reddēda ſint Cęſari, q Cęſaris ſunt, & Deo, quæ ſunt Dei, patienter ſubſtinebit, ſi a talib. clericis iuſti tias ſuas exegerit, ſecus ab aliis coniuga

2 tis. Ber. † Nota primò ꝙ clericus coniugatus non gaudet in perſona, nec in rebus ſuis priuilegio aliorum clericorum. Teneatur ergo ſoluere gabellas, & alia ob ſeq̃a regalia, non obſtat, quòd incedat in habitu & tonſura, & hodie eſt magis clarè deciſum in c. unico, eod. titu. libr. 6. & d dixi in capitulo Ioannes, ſ. eodem. Et ex hoc infertur ad duo. Primò, ꝙ a laicis licitè dñs ciuitatis exigit iuſtitias ſuas, & obſequia conſueta. Secundò infertur, ꝙ a clericis[d] non coniugatis non poteſt dominus temporalis exigere aliqua obſequia. Sunt enim exempti iure diuino & humano, ut legitur & notat in c. quā quā, de cenſi. lib. 6. & l. 3. C. de epiſco. & cleri. & uide gloſſ. in capit. ſi Imperator, 96. diſtin. & Innoc. in c. 2. de maior. & obedientia. Secundò nota. ibi, *literati*. quòd homines literati non ſunt exempti a debitis & obſequiis & iuſtitiis con ſuetis exhibendis dño tēporali, ad hoc, l. ut gradatim, ff. de munerib. & honorib. dicētes tñ hēnt multa priuilegia. l. medi

3 cos, & l. fi. C. de profeſſo. & me. libr. 10. † Quærunt nunc doct. nunquid depoſitus gaudeat his priuilegiis? & dic, ut dixi in c. Ioan. ſi ſunt corrigibiles. Nā gaudēt. te nēt. n. uiuer clericalr, & ſunt de foro ecc. ut in c. accedēs. l. diſ. & c. dictū 81. diſt. & hoc itelligo i uerbalr ꝑpoſito. Nā actua-

SEB. SAPIA. Q. † in mā. hāc regulā latiſſimè explicat Feli. i c. poſtulaſti, col. 11. uer ſi. regula eſt, ꝙ in diſpenſationibus, ſ. de reſcrip.

SEBA. SAPIA. Aliā regulam. Ad hāc regulā uide la tē Fel. in c. cum accessiſſent, col. 10 uerſi. hāc regulam limita. ſ. de cōſti. & in c. 1. co. 4. uer. quarta declaratio ſ. de treu & pac. & in c. inter cætera, col. 5. ſ. de reſcri. Iaſ. in l. de quibus co. 8. ff. de le. Abb. in cōſil. 56. inci. in q. col. pe. in 2. uol. Card. in cōſ. 38. in ci. primò rōnes, co lū. 1 uer. 2. q. a. Bar. Vero in trac. ſerui. urba. ꝑdi. ſub rub. de ſeruit. aquædu. col. 22. cū allegatis ꝑ Io. An. Franc. Balbū in trac. præſcr. in quarta ꝑte quintæ ꝑtis principalis, quæſt. 1.

ZACHARIAS. In rebus ſuis. adde qd̄ no. Gemi. in c. 1. in fi. & ibi gl. in uer. de cæteris, eo. tit. li. 6. Bal. in ſua marga. in uer. clericus, uerſ. ſi. & ibi dixit aliqd in addi. ad iſtū in c. fin. nu. 4. i uer. aliquas gabellas, ſ. ꝗ uita & honeſta. cleri.

SEBA. SAPI. A clericis. A qb. oneribſ. ſint exempti clerici, tradit Bal. in l. ad inſtructionē, C. de ſacr. ſan. eccl. Iaſ. & Moder. repetētes, in l. placet, C. e. titu. & Bar. Vero. in trac. ſeruitu. ruſti. in rub. de uia, qō. 15.

liter depoſitus exutus eſt incōtinēti om-
ni priuilegio clericali,c. degradatio , de
pœ.li.6.Si uerò depoſitus eſt in corrigi-
bilis,ꝑdit incōtinēti priuilegiū, [a] & pōt
cōprimi ꝑ iudicē ſecularem;text.eſt ſm
cōem intellectū in c.cū nō ab hoīe , d̄ iu.
Et ex hoc no.ꝙ depoſiti utunt̄ & gaudēt
plurib.priuilegiis,ꝗ̃ cōiugatus,quantun-
cunq; incedat in habitu & tonſura,& fa-
cit ad id,quod dixi in d.c.Ioā. ut facilius
diſpenſetur cū clerico depoſito corrigi-
bili,ꝗ̃ cum coniugato circa bn̄ficiū. Abb.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus ſi efficitur miles , & exerceat militiam,ipſo facto perdit omnia priuilegia clericorum,alias ſecus.*
2 *Clericus in minoribus cauſatiuè cogitur portare tonſuram,ſ.ſi uult gaudere priuilegio clericali; præciſè uero non cogitur.*

CAP. X.

*VT conſultationi.* Si | 3
cle | 4
ricus in minorib.militat,non eſt | 5
cogēdus deferre tōſurā, uel habi | 6
tū clericalē.h.d.Caſus lr̄alis. Quidā ɔſti | 7
tutus in minori ętate tonſurā & coronā
clericalē accepit poſteà factus fuit miles
ꝗrebat̄,an dēat ɔpelli portare habitū cle
ricalē?& rn̄det ꝙ nō dēt cōpelli.Ber.No.
1. ꝙ miles Dei nō eſt incapax militię ſe-
cularis. nā qlibet clericus in quocūq; or
dine cōſtitutus efficit̄ miles Dei.nā Deo | 1
militat,ut in c.ep̄s.ī.de p̄b.facit.c.diuer-
ſis,ſ̃.e.& nihilominus p̄t effici miles ſecu
li:ſic e ɔ̃ miles ſeculi p̄t effici miles Dei ,
ut patet in li.feud.in c.q cleric⁹, ſi d̄ feu.
1 fue.cōtro.& ēt Rex. ſiue Baro p̄t ꝓmoue
ri ad clericatū.xx.q.3 .p̄ſes.† Sed ꝗritur ,
nūqd clericus in minorib. cōſtitutus aſ-
ſumēdo militiā ſecularē gaudet priuile-
gio clericali?doc.exp̄ſſe nō tāgūt, ſed ta | 2
cite ſentiūt ꝙ nō,dū dn̄t , ꝙ ſi miles Dei
efficit̄ miles ſeculi,deſinit eſſe de militia
clericali;ſed poſt eū dicerē ſic,ꝙ aut pro
mouet̄ ad militiā ſecularē , & facit actū
oīno ɔ̃riū clericatui , ut qa exercet ſæua
ſeu iuit ad bellū , & ſi.& immediate ꝑdit
priuilegiū clericale;qa iſta ſunt ɔ̃ria.Vn̄ | 3
ex quo eligit ɔ̃riā uitā,fuit a prima ipſo
facto excluſus.32.q.1.c.cū renūtiat̄. Aut
tm̄ eſt effectus miles,& nō exercet ſæua, | b
nec aliū actū prorſus ɔ̃riū clericatui : ſed | 4
uiuit honeſte , ut clericus; & gaudet pri-
uilegio, ita ſentit ibi Inn. Sed ego dubi-
tarē,qd in eo milite,q iurauit illa,de q-
bus eſt gl.ī l.pe.ff.ex qb.cau.ma. Nā īter
cætera uere militādus dēt iurare nōuita | 5
re mortē ꝓ republica,& iſte actus ꝓrſus | c
eſt ɔrius clericatui, cū clericatus officiū
reddat clericū * inhabilē * ad pugnandū
etiam cum infidelib.ut in c.ex multa,in-
a frà de uoto. Vltimò hic quærit̄ , quid ſi
clericus in minoribus non efficit̄ miles,
nec cōiugatus, ſed non uult deferre tōſu
ram nunqd poſſit ad delationē cogi?Ab
bas hic,ꝙ non,alle.no.in c.1.& c.tuę. ī.
de apoſta.& cū hoc dicto trāſeunt cōiter
doct.& ſatis mihi placet.Nā,ex quo po-
teſt adhuc eligere uitā laicalē ɔ̃hēdo ma
trimonium, ita p̄t habendo ſp̄ē ad matrimoniū ɔ̃hendum.
Pro hoc ca.in audientia,& in c.cōtingit,de ſen.excōica. ubi
cōpelluntur tantum cauſatiuè,ſ. ſi gaudere uolunt priuile-
gio clericali;& hoc nota bene.

a ZACHARIAS. Perdit priuilegiū Adde qd̄ notaui i apoſt.iſtū ī c. at ſi clerici,in fi.ī uer. retinet,ſ̃. de iudi.

b Manifeſtū . ſcias tn̄, ꝙ ex iſtis īdubitatis p̄ſumptionib. & iudiciis nō pōt quis corporaliter puniri, Gād. in tract. male , in rub.de p̄ſumpt. in dubi.in 2.co. uer. ſolutio. nbi format illā. q. ſi aliqs uiſus eſt exire cū gladio ſanguinolēto de aliqua domo,& ibi reꝑiatur hō mortuus, d̄ qua ꝑ Bal.ī l.ſciāt cūcti , poſt princ. C.de proba.ponit Iaſ. licet ꝑdicta n̄ all.in l.ut uim, ff. de iuſti.& iu. AEneas de Falco .

b SEBA. SAPI. Manifeſtū . Vide Bar.in l.ſi quis ex argentarius.§. an uerò hæredi,ff. de edē. in l. patronus ff.de ꝓb.in l.cum ꝓponebat̄, ff. de leg.2.ubi dicit, ꝙ uſurarius dr̄ manifeſtus,q probat̄.

c Cleric⁹ ſenex.Adde,qd̄ uoluit Old coſ. 334.Ber.

## *De clericis non reſidentib. Rubri.*

Suprà uiſum fuit in duob.titulis p̄cedentib.qualiter clerici bn̄ficiis priuētur ꝑ mulierū cōſortia,meritò nunc ſubiicit̄ , qualiter ſint remouēdi ꝑꝑ nō reſidētiā i beneficiis,uel p̄t cōtinuari cōgruētius,qa clerici nō ſolum inhoneſte uiuūt , ſectādo mulierū conſortia , ſed etiā in beneficiis eorū nō reſidēdo,& fructus eorū capiendo,meritò ſubiicitur hæc Rubrica de cle.non reſiden. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt ſuum epiſcopatum renuere, & alium acceptare ſine licentia Papæ,alias priuabitur utroque non ipſo facto.ſed per ſententiam.6. etiam ſi fuerit electus,uel poſtulatus ab eccleſia uacante,& idē in aliis clericis.* 2.
3 *Manifeſtè & euidenter dicitur fieri illud,quod fit ex uериſimilib.coniecturis.*
4 *Argumentum a communiter accidentibus ualidum eſt .*
5 *Fraus an præſumatur ex eo , quòd clericus ſenex permutauit ſuum beneficium magnum cum uno paruo,quod habebat eius nepos.*
6 *Epiſcopus non poteſt priuari ſuo epiſcopatu,niſi a ſolo Papa.*
7 *Actus,qui pariter poteſt referri ad malum,& bonum,debet referri ad bonum, ſecus ſi actus in ſe eſt malus,licet aliquo reſpectu poſſit referri ad bonum .*
*Citatio contra legem eſt nulla,licet aliquo caſu ſpeciali poſſit habere effectum.*
*Clericus,ſi amplectitur mulierē, an in dubio præſumatur facere cā benedicēdi ?*

CAP. I.

*NOn liceat:* † Epiſcopo non licet ſine licē-
tia Papę tranſire ad alium epi
ſcopatum, ipſum acceptando, alias priuatur ha
bito & ambito,hoc dicit cum gloſ.1. Primò po-
nitur dictum:ſecundo ratio ibi : *manifeſta.*tertiò rationis ra
tio ibi: *nullus*. Caſus literis . Statuit concilium Sardicenū
ꝙ nullus Epiſcopus tranſeat ad aliam ciuitatem de ciuita-
te ſua:quia cauſa,quare fiat,uidetur manifeſtè, ſcilicet am-
bitio,qa nullus reperit̄ , qui de maiori ciuitate tranſire ue-
lit ad minorem.Ber.† Primò no.Epiſcopum non poſſe pro
pria authoritate tranſire ad aliū ep̄atū,qd̄ ꝓcedit, etiam ſi
eſſet electus,ſiue poſtulatus ab eccleſia illa uacante. Nō eñ
debet quacunq; ex cā dimittere ep̄atū ſuū ſine licentia Pa-
pæ.eſt enim illi adeò matrimonialiter alligatus, ut etiā cā
religionis nō poſſit ipſum deſerere,in c.licet,de re.& c. ue-
niens de renū.& habēt locū prædicta etiā in inferiorib. cle
ricis,ut in c.admonet,& c. quod in dubiis , de renun. † Se-
cundò no.literam,ibi:*manifeſta*, ꝙ id quod colligitur ex cō
iecturis , & ex uериſimilibus præſumptionibus , dicitur ma-
nifeſtum. [b] Pro quo bo.tex.in l.licet , de lega.1.ubi dicitur.
† Tertiò not.quòd ualet ar.a communiter accidentibus , &
tene menti ad hoc iſtum text.Nam ſic arguit tex.hic:nullus
eſt inuentus,qui hoc faceret &c. & de hoc argu. uide gloſſ.
& Cyn.in le.neque natales, C. de probationibus . † Vlti-
mò not. quòd quis non præſumitur dimittere beneficium
ſuum pro uiliori . Et hoc inducitur ad notabilem quęſtio-
nem . Quidam clericus ſenex [c] permutauit beneficium
ſuum pingue cnm tenui cuiuſdam nepotis ſui . nunquid
ex hoc debuit præſumi fraus , ut ſic renuntiauerit affectui
carnali , ut poſt mortem ſuam beneficium pingue rema-
neat penes nepotem ? Ioannes Andręæ in ca. ſecundo, de
renuntia.libro 6.ſentit , quòd ſic . Pro hoc mens illius. c.
concurrunt enim in hoc caſu tres prę̨ſumptiones . Prima
coniunctio ſanguinis,argum.c.graue.ī.de pręben. Secun-
da ratio ſenectutis. Tertia,quia non eſt uериſimile , ꝙ quis
uelit beneficiū pingue dimittere ꝓ tenui , arg.c. ſuper hoc
de renun.& l.cū de indebito,ff.de pro.Io. de Lig. ſentit hic
oppoſitum.nec ob.ſecūdū eū.d.c. 2. quia ille ibi fuit uſus in
re probi-



re ꝓhibito:iſte autē vtit̄ iure cōceſſo. Nec obſtare dēt con
ſanguinitas,ex quo ille alias eſt idoneus,ar.56.di.naſci,&.
86.di.nō ſatis . Moderniores magis vident̄ inclinare ī opi.
Io.An.Ego ſic dicerē, qd̄ aut inſunt aliquæ p̄ſumptiōes eli
dētes,ſeu obfuſcantes p̄dictas; & tūc n̄ ſufficiunt ad fraudē
ꝓbandā. Pone exēplū:bn̄ficiū pingue exigebat magnam cu
rā,fortè huic ſeni intolerabilē: uel locus beneficii non erat
ſibi tutus:ſeu aer nō cōferebat ſibi;ꝓ hoc.c.ad ſupplicatio-
nē,de renun.&.c.cū uenerabilis,d̄ excep.facit.c.ad ꝗſtiōes,
de rerū ꝑ.ſed,ceſſantibus his coniecturis, p̄ſumerē fraudem
ꝑꝑ rōnes p̄dictas,& ꝑ iſtū tex.q iudicio meo optime facit
a ad deciſionē huius.q.[a] Nā cōciliū hic mouet̄ ex eo,ꝙ cōmu
niter Ep̄i facere ſolent.Idē videm⁹ in clericis . Nā non fa-
cile ſolēt dimittere beneficia pinguia ꝓ uilioribus:imò to
tis conatibus ſolēt ſemꝑ creſcere in beneficiis ; & ex his p̄-
ſumptiōib⁹ ſatis p̄t inferri ſn̄ia,ar.hic,&.ſ̃.de p̄ſum. c. affer
te,& facit.l.indicia, C.de rei vend.In gl.1 .ibi , *alias perderet habitum,&c.*Ex his uerbis ſentit glo.intellectum ad tex. no
ſtrū,ut non liceat Ep̄o tranſire ad aliā ciuitatē , ſ.cā tranſ-
ferendi ibi ſedē,ut ſic deinceps ſit Ep̄s ſecundæ ſedis, uel ec
cleſię,& nō primę.Et iſte intellectus eſt verus in ſe,& ſatis
lr̄ę cōſentaneus,ut patet ex fi.ipſi⁹.Alii intelligunt, qn̄ trā
ſit cā faciendi morā ibi diuturnā. iſte intellect⁹ eſt uerus in
ſe,nō tn̄ congruit lr̄æ.Alii intelligunt,qn̄ trāſit cā inuaden
6 di terras alterius.† Sed tene primū intellectū, vt intelligūt
doct.& bn̄, qd̄ iſte Ep̄s priuabit̄ per ſn̄iam Papę : qa nemo
citra Papā p̄t a ſuo ep̄atu remoueri,quāuis deliquerit, ut ī.
c.2.& quaſi ꝑ totū,de tranſla.p̄l.&.4.q.6.c. accuſatus,&.c.
quanuis.Et ex hoc not. qd̄ ꝑ tranſitū ꝓpria authoritate ad
ſm ep̄atū nō ē priuatus ipſo facto:ſed reqrit̄ ſn̄ia . Quid in
inferioribus p̄latis,& clericis, dic vt no.in.d.c. quòd in du-
7 biis.† In gl.ſecunda in fi.ſolu.hoc ɔ̃riū,ut no.in. d.c. eſtote,
& in.c.2.de elec.li.6.&.7.q.1.ſi ep̄s.Et dicūt hic do. ꝙ ex fa
cto ɔ̃ legē n̄ p̄t p̄ſumi niſi malum;quaſi uelint dicere, ꝙ ubi
actus pōt referri ad malū & ad bonū: qa eſt indifferēs , dēt
referri ſemꝑ & īterpretari ad bonū & ita loqt̄.c.eſtote.ſed
ubi factū in ſe eſt malū,licet poſſit habere excuſationē, ni-
b hilomin⁹ referēdū eſt ad malū[b],ar.bo.in.c.1.de p̄ſump.&.
l.nā lud⁹ noxius,ff.ad.l.Aquili.facit ꝙ habet̄ in proœ.ſſorū
circa fi.& uide ad idē notabile dictū Inn.in.c.2. de dila.ubi
dicit,ꝙ ſi citatio in ſe cōtinet aliquid ɔ̃ legē, eſt nulla,licet
poſſit iuſtificari in aliquo caſu ſpeciali.debem⁹.n.rē atten
dere ſm naturā ſeu eſſentiā: & nō ſm accidentalia . Exem-
plū:iudex citauit.A.vt ueniret ad reſpondēdū Titio ſeruo.
hæc citatio nō arctat citatū,qm̄ rl̄r ſeru⁹ n̄ p̄t eſſe ī iudicio,
licet in aliquibus ſpecialibus hēat legitimā ꝑſonā ſtādi in
iudicio,ut.l.uix certis , ff.de iud.&.l.1.C.ſi ꝑ uim ; uel alio
mō,cū ſimi.Ex hoc infero,ꝙ gl.in.c.abſit.11.qōne.3 .nō eſt
ſimpl̄r uera,cū dicit, ꝙ ſi cleric⁹amplectit̄ mulierē,debem⁹
c ī dubio īterpretari,ꝙ faciat cā benedicēdi [c]. Dico.n.ꝙ de-
bem⁹ inſpicere cōiecturas,ex qb⁹ indagat̄ act⁹ licitus,uel il
licit⁹,& ſic ꝑ cōſequēs bonū,uel malū,de p̄ſum. c.ex lr̄is,&.
c.tertio loco.Nā & alibi ꝓhibet̄ cleric⁹ ſolus cōfabulari cū
muliere.81.di cleric⁹, &.c.miniſtri,facit.c.2. ſ̃. de co.cle.&
mu.In gl.fi.ibi ꝑꝑ maiorē vtilitatē;intellige de maiori uti
litate reſpectu animarū,nō reſpectu redituū.nā reditus bn̄fi
cii nō debēt facere Ep̄m excelſiorē & humiliorē. Cōſiderā
da.n.eſt dignitas, ut dicit tex.in.c.legim⁹.93 .di.nec eſt con
ferēd⁹ ep̄at⁹ ꝑꝑ reditus lucrifaciēdos, ſed ꝑꝑ on⁹ & curam,
ut pluribus poſſit proficere;& iō dicit apoſtolus:Qui ep̄atū
deſiderat, bonum opus deſiderat ; & pōdera uerbum,opus,
ſonat enim in laborē & ſolicitudinem & curam, ut habetur
in c.qui epiſcopatum.8.q.1.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis deponitur, qui non reſidenr in ſuo titulo,monitus noluit redire.*
2 *Geſta in aliquo concilio & ſcripta manu publica ſemper faciunt fi dem .*
3 *Papa p̄t deponere Cardinales abſq; gn̄ali ɔcilio,itē Reges,Imꝑatores,et alios.*
4 *Cardinales ſunt ī quaſi poſſeſſione, ut Papa n̄ explicet ardua ſine eorum cōſilio.*

CAP. II.

*EX geſtis.* †Deponit̄ Car | 1
dinalis , qui in
ſuo titulo n̄ reſidet.h.d. & tex.
eſt multum not.Primo narrat
depoſitionē Cardinalis: ſcd̄o ei⁹ cām.ſe
cūda,ibi:*eo quod*.Caſus liter. Quidā pre
ſbyter Cardinalis titulis Marcelli per
qu inq; annos deſeruit parochiā ſuam ɔ̃
canones ; & qa admonit⁹ redire noluit,
in ſynodo priuat⁹fuit dignitate ſua.Ber.
2 † Primo no.ex prī.ibi,geſtis,&c. ꝙ geſta
in concilio ſemꝑ faciunt fidē; & intelli-
go,qn̄ ſunt deſcripta ꝑ ꝑſonā publicam; | a
ad hoc.l.geſta,C.de re iud.&.c.fi.de pro
batio.Scd̄ò no.ibi:*in ſynodo*; ꝙ cōcilium
gn̄ale qn̄q; appellat̄ ſyno;ad idē.c. 1. de
ſpon. Solet tn̄ appellari ſynodus cōgre-
gatio,quā facit Ep̄s in diœceſi ſua,ut in.
c.ſicut,de accu. tn̄ in effectu idē eſt ſyno
dus,ꝙ cōciliū.Eſt eñ nomē & idē,ꝙ cœ | b
tus;& vide de his & ſi.bo.tex.in. c.1. 15.
diſt.No.tertiò, ꝙ ēt Cardinalis tenetur
reſidere in ti.ſuo; & aduerte,ꝙ hic appel
latur parochia,& credo,ꝙ iō:qa erat pre
ſbiter Cardinalis,& ſic habebat in titu-
lū eccleſiā parochialē.Nā qdā ſunt Car
dinales Ep̄i, ut Hoſt.& Sabin̄.& iſti ha-
bēt Ep̄atū in titulum.Et no.ex hoc,& ex
tex.ꝙ Cardinalis nūcupat̄ ꝑ titulū,& ha
bes ex hoc modū ſcribendi Cardinali:
& credo , quòd olim omnes clerici be-
neficiati nominabantur per titulos. vn- | c
de alibi dr̄,ꝙ n̄ dēt aliqs intitulari ī dua
bus p̄bēdis.72.diſ.c.ſanctorū. Et de iſto
titulo,& qs ꝓprie ſit titulus in iſtis bn̄fi
cialibus,uide bo.text.cū gl.in.c.dudū.2.
ſ̃.de ele.de titulis Cardinal..uide ꝙ no.
3 in.c.corā,eo.ti.† In gl.1.in fi. pōdera bn̄
gl.& tenebis ſemꝑ mēti.nā ꝑ hāc expo-
ſitionē,quā facit ad tex.vr̄ apte ſentire,
ꝙ in cōcilio gn̄ali ſolus Papa hēt autho
ritatē authorizādi,deponēdi , & ſimilia | d
faciēdi,n̄ aūt cōciliū;ſed cōciliū hēt ap-
probare dūtaxat:hoc tn̄ tex.nō dicit:ſed
poti⁹ innuit ɔ̃riū.dū dicit: ꝙ ab oīb⁹ fuit
depoſit⁹; nec gl.aliqd allegat ꝓ ſe. Inn.
facit hāc expoſitionē gl.Hoſtiē.dicit cū
ꝓteſtatiōe, ꝙ n̄ intēdit ſcribere ɔ̃ pote-
ſtatē Pa.ſed nō ſine miniſterio hic fuit ɔ
gregata ſynod⁹ ad depoſitionē Cardina
lis,unde pap.nō ɔſueuit , nec ſm aliquos
p̄t deponere cardinalē ſine ɔcilio gn̄ali.
ſunt eñ Cardinales pars corporis Pap.
& Papa cū eis iudicat totū orbem.c.ꝑ ue
nerabilem,qui fi.ſint leg.& allegat illud
reg.2. Domini eñ ſunt cardines terræ,
& ꝑoſuit ſuꝑ eos orbē . vn̄ ſicut Papa nō
p̄t ab alio iudicari.9.q.3.aliorū,&.c.ne-
mo. Ita Cardinal. dēnt gaudere hoc pri
uile.ut n̄ deponantur de facili, ſed in cō
cili.& dicit īnoleuiſſe d̄ cōſuetudine,ut
Pap.nō excōicet Cardinalē,ſed nec ali-
quod p̄ceptū ei faciat ſine cōcilio aliorū
cardinaliū;& uide ad hoc ꝙ no.Io. mo.
in.c.ſuper eo, de hære.li. 6. ubi dicit, ꝙ
d collegiū [d] cardinaliū eſt in quaſi poſſeſ-
ſione,ut Pa.ardua non explicet ſine cōſi-

a SEBA. SAPI. Huius quæſtionis.De hac quæſt. uide Felinū poſt Abbat. in. c.quia uериſimile,in prī. ſupra de p̄ſump. ubi late.

b SEBA. SAPI. Ad malum. Contrariū ſentit Barto.in.l.non ſolū, §. ſed ut probari, ff.de ope.no.nun. Sed qualiter hoc ꝓcedat, uide late per Deci.in ca.in præſentia , in.12. no.ſ̃.de proba.Feli.ī.c.auditis,col. 21. uer.obſtat tertio,ſ̃.d̄ præſcrip.

c ZACHARI. Facit cauſa benedicēdi.Adde Bal. in.l.quid ergo §. ſi hæres,ff, de legat.1.Alex.in.l.1. de uariis & extra ordi.cri. & Are.ī tra.malefi.in gl.ī uer.che hai adulterato la mia dona.

d SEBA. SAPI. Quod collegium. An Papa poſſit ardua explicare ſine collegio Cardinaliū uid̄ Iaſ.ī. l.placet,C. de ſacroſan.eccle, An. Siculū in cō. 1.& x.char.ī.1. uol.& late in tract.de p̄ſtātia Cardin. in 1.parte. 2. q.prī. Feli.in rub.ſupra de conſt.col.1.

ZACHARI.
a Contra ſupræmã poteſtatem Papæ. Adde quod notaui in apo.ad iſtũ. in. c. quoniã ꝯ,nu. 1.in uer.ubi lex eſt multũ dubia,poſt alios,ſ. de conſtit. & Io. Fab.in.§.aliæ aũt in ſi. & ibi i apo. Celſi in uer.arg.ꝯtra.inſti.de iu.na. gen.& ciui.
SEB. SAPIA.
b Solum Papam.uide Abb.in.c.uenerabilem,ſ.de ele. & Bal.in c.cũ ab eccleſiarũ,ſ.đ officordi.& in.l.fi. C. de legibus.
ZACHARI.
c Non eſt priuat⁹. Adde Archi.c.licet Eps,de præbẽ. li.6.Gemin. in.c. eũ qui beneficiũ, nu.2. & ibi i apo. Celſi, in uer. duo curata, de præbẽ. lib. 6. Bertha. de Fir. in tra.đ epo, no.4.Philip. Frã. in alle. c. ſuꝑ eo, ubi etiam in apo. Cel.in uerſ.plura beneficia retine. nu. 5.Card.in cle. gratię,num. 12.& in apoſt.eiuſdem Celſi in uer.an de iur.cõi.de reſcri. & in apo. eiuſdẽ Celſi ad Iaco. Rebu.fi.in.l. 1.nu. 5. in uer.duo beneficia,C. de ann.ciui.li. 11.
SEB. SAPIA.
d Quatuor tempora. Hæc etiam ponit Card.Floren. in. c. referente.j. de prebẽ.& ibidẽ late per Imol.
e Vel conſuetudine. Adde Oldra. conſi.165. Ber.

lio cardinaliũ, & aliqui exigũt ꝯſenſum,
& ꝙ multa ardua geſta ꝑ ſolũ Papã retra 1
ctata fuerunt ; nihil allegãt ad hoc doct.
Sed tu uide tex.op.ĩ.d.c.ꝑ venerabilem,
in ver.rõnib⁹ igiť,q vř ꝓbare , vt de iure
diuino Papa dẽat habere conſiliũ Cardi
naliũ in iſtis arduis; & credo ꝙ ñ ſit me-
lior tex.ĩ iure,nec alibi ad ꝓbãdũ,ꝙ car
dinalatus ſaltẽ figuratiuè ſit de iure diui
no.Nã id,ꝙ allegat Hoſtiẽ.ſolet allegari
cõiter: Domini ſunt cardines terrę.nun
quã mihi placuit,nec placet: qa ſi bñ in-
ſpiciať,vnde ſumiť;nõ habuit ille iſtã cõ
ſideratione,ſed ſolum voluit inferre , ꝙ
Deus eẽt dominator totius orbis, & di- 2
ſpoſuit ad libitũ ſuũ.Nunqd aũt poſſit in
duci ꝯſuetudo,vt papa ñ agat , ſeu faciat
hæc ardua ſine ꝯſenſu Cardinaliũ credo,
ꝙ ñ:qa eẽt ꝑſcribere ꝯ ſupremã poteſta-
tẽ Papæ,[a] ꝯ quã ñ valet aliqua pſcriptio
a vt no.Inno.in.c.bonæ,ſ.de poſtu.pla.Itẽ
vide gl.no.in cle.ad noſtrã,de hęre.q̃ di
cit,ꝙ hæc eccleſia militãs , eſt diuinitus
exẽplata ab eccleſia triũphãte; & viď ibi
alle.hoc ꝓbãtes.Vñ ſicut in eccleſia triũ
phãte ẽ vicari⁹ vnus,ſ.De⁹,cui cũcta obe 3
diũt;ita & in eccleſia noſtra militãti dẽt 4
eſſe un⁹ vicari⁹ Dei,q oib⁹ præſit;& facit c
hæc rõ ad inferẽdũ,qđ imperiũ ſit ordi-
natũ ab eccleſia;& ſic,ꝙ nõ ex ſe pſit,ſed
depẽdẽtiã hẽt a Papa; qa ñ dẽnt eẽ duo d
depẽdẽtes æqualiter;ſicut nec in eccleſia
triumphãti;uiď Bar.in.l.1.ff.de requi.re
vbi dicit,ꝙ Dãtes fuit dãnat⁹ ab eccle-
ſia:qa dicebat imperiũ ñ depẽdere ab cc
cleſia; & viď ꝙ dixi in.c.nouit,de iud.Et
ꝯ dictũ Hoſt.hic , inquãtũ reqrit cõciliũ
gñale ad depoſitione cardinalis, uiď gl.
valde no.in.c. ad apoſtolicæ , de re iudi.
b li.6.& gl.1.q̃ dicit ſolũ Papã[b] poſſe depo
nere Imperatorẽ,Regẽ,& quoſcũq; ałs,
licet de honeſtate qñq; ad hoc cõgreget
cõciliũ.15.q.6.c. alius. ubi ſol⁹ Papa de-
poſuit regẽ Frãciæ; & ꝓ nũc ulterius nõ
ꝓgredior.In gl.2.ibi:*& a dignitate ſua re
motus*. Credo,ꝙ gl.iõ fecit hãc expoſitio 5
nẽ reſtrictã:qa depoſitio capiť ꝓ remo-
tione,& priuatione ab officio & benefi-
cio, & ſic caret nedũ dignitate:ſed ẽt or- e
dinibus,ut in.c.at ſi clerici,&.c.cũ nõ ab
homine,de iudi. ſed hic capiť depoſitio
ꝓ priuatiõe beneficii tñ.Et eſt rõ , quia
ꝑꝑ reſidentiã non debet quis priuari ab
officio : ſed ſatis eſt quòd remoueatur a
beneficio,vt infra eo.tit.c. ex tuę.

SVMMARIVM.

1 *Collatio plurium beneficiorum curatorum non debet fieri uni,quia non ualet reſidere, ſi ſecus fiat,collatio non ualet, & conferens priuatur poteſtate conferendi pro illa uice.* 8.
2 *Beneficia plura poſſunt eſſe penes unum clericum , ſi unum beneficium non ſufficeret per ſe, & requiritur diſpenſatio.*
3 *Habens beneficium curatum debet ſeruire per ſe , & non per uicarium.Idem ſi non eſt curatum.* 6.*intellige,ut infra numero.*7.
4 *Plura beneficia curata hodie non retinentur cum conſcientia,ſed quid de non curatis uide nu.* 5.
7 *Conſuetudo,quod quis poſſit per alium ſeruire beneficiis curatis;uel non; an & quo caſu ualeat?*

CAP. III.

QVia nonnulli. † Vni plures dignitates,
vel eccleſię conferri nõ de
bent,& eccleſia eſt conferenda illi,q reſidere & re
gere ualeat ꝑ ſe ipſum:alias ꝑdit eccleſiam, & do
nãs cõferendi poteſtate priuať. h.d.Tria facit.Primò ponit
uitiũ.Secundò adhibet remediũ.ibi:*cum ergo*. Tertiò impo
nit pœnam,ibi:*quod ſi*.Caſus literalis. Quidam cupiditate
ducti diuerſas dignitates , & plures parochiales eccleſias ꝯ
canones recipiunt,qbus deſeruire ñ pñt , cũ ẽt uni eccleſiæ
uix ſufficere pñt. Statuit Lateranenſe cõciliũ,ꝙ iſtud de cę
tero nõ fiat;ſed cũ beneficiũ eccleſiaſticũ cõmitti debuerit,
tali cõmittať ꝑſonę,q̃ in loco reſidere poſſit,& ꝑ ſe officiũ
ſuũ exercere;& q ꝯ hoc fecerit,ꝙ accepit, amittat; & ille,q
2 dedit,conferẽdi poteſtate ꝓ illa uice priueť. Ber. † Primò
no.ꝙ exqrere diuerſas dignitates,& plures eccleſias paro-
chiales, ꝓcedit ex zelo auaritię,intellige,qñ una dignitas,
uel una eccleſia parochialis ſufficit ꝑ ſe; alias ñ eſt peccatũ
diſpenſatiuè tenere plures;ad hoc.c. de multa, in fi.de ꝑbẽ.
&.ſ.de elec.c.dudũ.2.Nõ.ſcđo duas rõnes,quare una & ea
dẽ ꝑſona ñ pt conſeq plures eccleſias.Prima, qa vix ſufficit
ad impendẽdũ debitũ famulatũ vni; vnde ſeqtur neglectus
alteri⁹.Scđa,qa occupat ſtipẽdia aliorũ.Nã alii clerici pau
peres ad illas ꝓmouerenť.Et no.tex.dũ dicit, ſtipendia.Ex
hoc.n.arguiť,ꝙ clericus licite uiuit de fructib⁹ eccleſiæ ſuæ
3 dať.n.ſibi in ſtipẽdiũ.† Tertiò no.ꝙ qs teneť ꝑ ſe,& ñ ꝑ ui-
4 cariũ deſeruire eccleſię,ſeu ſuæ dignitati.† Vltiò no.ꝙ re-
c cipiẽs plura bñficia curata nõ eſt priuat⁹[c] primò , nec ſcđò
ẽm iſta tẽpora:ſed veniebat priuandus ſcđo.Et ut hoc cla-
re intelligas, & multa diuerſa iura,aduerte ad quatuor tẽ-
d pora[d].Primũ.n.fuit tẽpus añ iſtud cõciliũ,đ quo hic; & illo
tempore ñ priuabať ſcđo, ſed dabať ſibi optio tenendi pri-
mũ,uel ẽm,vt ĩ.c. referẽte,&.c.ꝑterea.j.đ ꝑbẽ. Secũdũ fuit
tẽp⁹ huius cõcilii,in quo fuit reſtricta facultas hæc, & ſtatu
tũ fuit,ut priuareť ſcđo , ñ tñ priuatio inducebať ipſo iure
Tertiũ fuit tẽpus.c.de multa.j.de ꝑbẽ.vbi fuit inductũ,ut ſi
habens curatũ beneficiũ,uel dignitatẽ,reciperet ẽm , ſeu ſe
cũdã dignitatẽ,uacaret primũ bñficiũ,uel dignitas ipſo fa-
cto;& ſic tex.hic in fi.hodie ñ ꝓcedit, ut loqť. Quartũ fuit
tempus hodiernũ a tẽpore decretalis execrabilis, Ioannis.
22.& eſt extuagans,vbi arctius fuit ꝓuiſum, ut recipiẽs ẽm
curatũ,ſeu ſecundã dignitatẽ,vel ꝑſonatũ,niſi de facto in-
cõtinenti poſt habitã ſecũdi pacificã poſſeſſionẽ dimittat
primũ in ꝑſentia publicarũ ꝑſonarũ, eẽt priuat⁹ ipſo facto
vtroq;,& ſic retinens de facto efficereť ineligibilis; & hoc
5 vltimũ ꝓbať ĩ.d.c.dudũ.†Ex his ĩferť ad.q.nũqd diſpoſitio
huius tex.uendicet ſibi locũ in eccleſiis nõ curatis, & in ſim
plicibus beneficiis?& ſentit Hoſt.ꝙ ſic,dũmodò reqrãt reſi
e dentiã,de iure cõi,ſtatuto, uel cõſuetudine[e]. Sed dic lati⁹,
qđ aut qriť,nunqd uacet primũ ipſo facto ꝑ adeptionẽ ſecũ
di;& dic,ꝙ nõ in iſtis ſimplicib⁹.d.c.de multa, loquiť ĩ plu
rib⁹ curatis;& dicã aliqd in.c.fi.j.e.Aut qriť , nunqd poſſit
qs tenere plura talia beneficia ſimplicia,& dicit Hoſt.ꝙ ſic
ſi alterũ ꝑ ſe nõ ſufficit:alias ſecus,ut in.c.cũ teneamur,de
ꝑben.hoc ultimum admitto,niſi ſtatutũ, uel cõſuetudo re-
quireret reſidentiã in quolibet: quia tũc requireret diſpen
6 ſatio,ar.d.c.de multa. † Aut qriť,nunqd teneať quis per ſe
deſeruire beneficio ſimplici , ſicut hic dř in curato,& credo
quòd ſic. Et probo aperte per. c. ſuper inordinata , de præ-
bend.vbi dicitur , quod pueri non ſunt idonei ad beneficia
habenda,cum illi deſeruire non poſſunt; ergo requirit be-
neficium perſonalem reſidentiã. Nam puer bene poſſet per
alium deſeruire,ut in.c. eam te,de ętate & qualita. facit. c.
conquerente , infra eodem fateor , quod conſuetudo ha-
bet oppoſitum,& nunquid ualeat; dic , ut infra ſubiiciam.
In gloſſ. 1. ibi : *perſonatus app*. uult ergo gloſſ. quod di-
gnitas,& perſonatus ſint ſynodum , & quod ad eſſe digni-
tatis ſufficit quædam prærogatiua præ aliis . Sed tu dic
plenè



plene & meli⁹,ut ĩ c.de multa.j.de ꝑb.ubi dicã,q̃d ſic ꝓprie
dignitas,qd ꝑſonatus,& qd officiũ.Sed not.glo. & tene ea
mẽti.hẽs enim plures modos,quib.capiť dignitas, & maxi
mè in eo,qđ dicit ꝙ aliqñ capiť ꝓ ordine.Ex hoc.n.inferť,
ꝙ qlibet clericus dř habere dignitatẽ,& probať in c. deni-
q;.4. diſt. ſed nõ capiť tunc dignitas in potiori ſignificatu ,
ſed ꝓpter officiũ,qđ habet & ꝑrogatiuã ꝑ aliis laicis.Et ui-
de ad mãm,qđ no Bar.in l.1.C.de dig lib.12.vbi proſequi
tur,qui dicãtur propriè ignobiles; vide ad hoc bo.glo.in c.
qui contra pacem.24.q.1.quę dicit,ꝙ oẽs exercẽtes vilem
artẽ dicunť ignobiles,& tales vilẽ artẽ exercẽtes nõ debẽt
promoueri ad regimẽ ciuitatis.vide tex.no.in l.ne quis,C.
de dig.lib.12.& in fi.glo.dic,vt in c.de multa , vbi tractabo
quædam hic poſita per Hoſt.quæ melius conueniunt illi.c.
7 7 † In gl.ſuper ver.per ſeipſam,ibi:*ut officium in eccleſia*.no.
bene gl.iuncto tex.Ex ea.n.eliciť regula,ꝙ quodlibet bene-
ficiũ,qđ dať rõne officii,requirit deſeruiẽtiã perſonalẽ, ut
ſ.dixi;& facit.c.cõquerente.j.e.dicit tñ hic Lau.ꝙ rõne cõ-
a ſuetudinis põt quis deſeruire per uicariũ[a]; & ſic extẽdit ca
ſum.c.extirpãdę.§.q uerò,de ꝑben.Sed aduerte. nã in bñfi
ciis ſimplicibus hoc ꝓcedit indubiè,ut in c. cũ oẽs, & quod
ibi no.de conſti.ſed in curatis Io.de Lig.ſentit oppoſitũ in c
d.c.cũ oẽs. Sed tu no.bñ dictũ Lau.qui ſentit hic ꝯrium:pu
to tñ inſpiciendã rõnem conſuetudinis.Nã conſuetudo nõ
officit legi,maximè canonicę,niſi ſit rõnabilis,de conſuet.
c.1. & ideò ſi cõſuetudo fulciť rõne,procedit opi.Lau.Pone
exemplum.propter tenuitatẽ beneficiorũ fuit inducta con-
ſuetudo, vt quis poſſet deſeruire per vicariũ:aliàs aũt , vbi
non ſubeſſet rõ,procederet dictum Io.de lig.facilius tñ[b] cõ
ſuetudo induceretur in nõ curatis.Ratio eſt in prõptu:quia
magis eligitur induſtria perſonæ in curatis q̃ in non cura-
tis.Item dic,ꝙ vbi diſpenſatur cũ aliquo circa pluralitatem
eccleſiarũ,põt deſeruire in alia earũ per alterũ .Vide tex.cũ
gl.in c.non põt,de prębén.lib.vi. & quod dicã in d.c. extir-
pandę.Et regulariter,vtrũ quis poſſet per aliũ,quã per ſe,vi
de in regula,põt quis per aliũ, & in regula , qui per aliũ fa-
8 cit,de reg.iur.lib.vi.† In gl.ſuper ver.*priuetur*.in fi.no. ex gl.
iuncto tex.ꝙ cõferẽs bñficiũ curatũ,uel dignitatẽ nõ ualen
ti in ea reſidere perſonaliter,debet priuari ea uice ptãte cõ
ferẽdi illã dignitatẽ,uel eccleſiã.Et no.ꝙ nõ eſt priuatus ip
ſo facto,ſed priuãdus;& hoc.d.Anto.ualde not.Inferť q; ex
hoc,ꝙ c.cũ in cũctis,de ele.nõ hẽt locũ in cõferẽte.q.d.ꝙ ibi
apponať pœna priuatiõis ipſo facto,& illud.c.exigat ſñiam
dẽt ĩtelligi illud capitulũ ĩ eligẽtib.& ĩ ꝯferẽtib.ſed iudicio
meo ñ bñ põderauit : uel fortè de pñti nõ uiderat illũ text.
Nã ibi ĩ uer.eps,ꝓpe fi.expſſe loqť in coll.Et iõ dic,ꝙ illud.
c.ꝓcedit tm̃ in dignitatib.ibi poſitis,ut qñ cõtulit patienti
defectũ in ętate,in morib.in ſciẽtia,& in natalib.In aliis ue
rò nõ hẽt locũ illa pœna,q̃ imponiť ipſo iure,& ita diſputa
uit Io.An.late in rła,odia,de regulis iuris,libr.6.in Mercu.
Iſtud uerò cap. procedit in conferente beneficium ei , qui
non ualet per ſe in beneficio reſidere:alias tñ eſt ſufficiens
perſona , &c.

SVMMARIVM.

*Clericus abſens,ſi uult poſſe licitè percipere fructus, debet abeſſe ex iuſta cauſa , & cum licentia prælati,& unum iſtorum non ſufficeret,nec ſufficit,quòd licentia petatur,niſi detur.* 5.
2 *Clericus abſens ex cauſa ſtudij,dicitur abeſſe ex iuſta cauſa, debet tamen per alium ſeruire.*
3 *Appellatio,quæ eſt contra iuris diſpoſitionem,non eſt admittenda.*
4 *Clericus poteſt petere licentiam ſe ex iuſta cauſa abſentandi non ſolũ ab* Epiſcopo*,ſed ab omni alio* Prælato.
6 *Clericus, qui non poteſt habere licentiam* Prælato *ſe ex iuſta abſentandi , poteſt adire ſuperiorem prælati,& ſi periculum eſſet in mora, poteſt ſine licentia ſe abſentare.*
7 *Clericus acceptans beneficiũ eo animo,ut illud teneat,donec habuerit pinguius, uel non habuerit animum ibi reſidendi,non eſt bene promotus , tamen dummodo agat de hoc pœnitentiam,non cogitur dimittere.*

CAP. IIII.

REl atum. Pñtatus ad ec-
cleſiã nõ firma
tus,ſi apparet ꝙ nolit reſidere,
nõ dẽt inſtitui ꝑ ſuꝑiorẽ:cõfir
tus aũt,& ex nõ iuſta cã nõ reſidẽs,priua
tur,appło.remota,h. d. Primò poniť ex-
ceſſus:ſecũdò ꝓuiſio,ibi:*cum igitur*.Caſus
literalis. Dictũ eſt in ꝑcedẽti cõcilio , ꝙ
eccleſia,uel bñficiũ tali ꝑſonæ dẽt cõmit
ti,q ꝑ ſe curã ipſius ualeat exercere : ſed
qdã affirmãt ſe hoc facere uelle:ſed illud
efficere ꝯdicũt . Peruenit hoc ad Pap. uñ
mãdat Papa Archiepõ Eboraceñ.ꝙ cum
uerba cũ effectu ſint accipiẽda,ſi tales pñ
tes fuerint,nõ admittãť,& q recepti ſunt
remoueanť, niſi de licentia ꝑlatorũ ſuo-
rũ fuerint abſentes,puta ſtudio literarũ ,
uel ꝓ aliis honeſtis cauſis;& ſi ꝯ hoc ap
pellauerũt eorũ applło nõ ualebit Berñ.
No.primò,ibi: eccleſia,uel bñficiũ, ꝙ di-
c gnitas[c] appellari põt beneficiũ . Nã in c.
ꝑcedenti fit mẽtio dũtaxat de dignitate,
& eccleſia,& hoc.c. referẽs uerba illi⁹ ap
pellat bñficiũ , qđ ibi appellať dignitas .
Et dic,ꝙ ſub uer. bñficii poteſt cõprehen
di omnis dignitas eccleſiaſtica, & quod-
libet bñficiũ cuiuſcũq; qualitatis ſit , ut
ꝓbať in rła,beneficiũ,de reg.iur.lib.6.In
odio ſis uerò applłone beneficii non ue-
nit dignitas.Ad hoc c.ſtatutũ , & qđ ibi
not.de elect.lib.6.& beneficiũ largiſſime
capiẽdo eſt beniuola actio gaudiũ ꝑbens
capiẽti. ut in uſib.fed.ca. q mo.feu.amit.
Ex hoc & ex tex.not. ꝓ reſumentib. arg.
aliorũ,ut ñ ſit neceſſe uerba formalia ar-
guentiũ reſumere : ſed ſatis eſt recitare c
effectũ.Idẽ no.in c.ſuꝑ ſpecu.de magiſt.
Secũdò no.ꝙ ubicũq; ad aliquẽ actũ req
riť potẽtia, ꝑꝑ ipſum exercitiũ potẽtię,
non ſufficit ipſa potẽtia in habitu,ſed o-
portet,ꝙ reducať ad actũ.Nã in c.pręce-
denti ſolùm requirebať potẽtia , & iſte
tex. interpretať de potẽtia in habitu , &
actu;& hoc eſt ꝑ id qđ dř hic ĩ tex.qa uer
ba debent c.cum effectu, ad qđ quotidie
allegať iſte tex.Tertiò no.diſpoſitionem d
quãlibet intelligẽdã ita , ut ex ea produ-
cať aliqs effectus.Reiiciẽdus eſt ergo in-
tellectus,q ſolũ ſeruit de uento, & deſer
uit uerbis,& non rei, ut in c.cõmiſſa , de
1 elect.li.6.† Quartò no.ꝙ de licẽtia ꝑla-
d ti ſui[d] poteſt clericus beneficiatus ſe ab
ſentare a bñficio ex honeſta cauſa.Et no.
ꝙ duo reqruntur,ut clericus licite ſe ab-
ſentet a bñficio. Primò cã honeſta . ſecũ-
dò ꝑlati ſui licẽtia. nõ ergo ſufficit ſoli⁹
ꝑlati licẽtia ſine honeſtate cãę.Et eſt rõ,
qa ꝑlatus nõ põt ſine cã diſpẽſare ꝯ ius.
25.q.2.c.inſtitutionis, & ca.dilectus , de
2 temp.ordina. † Quintò no.ꝙ ſtudiũ lite-
rarũ eſt iuſta cã ꝑbendi licentiã clerico
ut abſentet ſe a bñficio,& tũc dẽt deſuire
ꝑ aliũ,ut in c.cũ ex eo,de elec.li. 6. & il-
lud ꝓcedit ĩdiſtincte,qñ un⁹ eſt ĩ ecclia.
qd ãt ĩ plurib.ut puta ſunt.x.canonici nũ
qd un⁹ poſſit ſe abñtař ñ ꝯſtituẽdo ibi vi
cariũ,& cape fruct⁹ bñficii aliqd tãgã ĩ c,

a Per uicariũ.Adde Lap.alleg.31. Fel. cõſil. 245. & uide Anch.cõſ.17. Ber.
SEBA. SAPI.
b Facilius tñ. Vide Deci.in c.cũ oẽs , in 2.lect.in primo no.ſ.de cõſti. ubi cõcludit nõ ualere cõſuetudinẽ, ꝙ in bñficiis curatis quis poſſit deſeruire ꝑ uicariũ , & nunquid clericus teneať reſtituere fructus ꝑceptos tẽpore ñ reſidẽtiæ , tradit Abbas in c. 1.col.6.j.de celebra.miſ.
SEB. SAPIA.
c Quòd dignitas. qd ueniat appell. bñficii,uide latiſſime ꝑ Fel.in c.poſtulaſti,col.6. uer. circa gl.2.ſ. de reſcriptis.uide Bal. in l. diui fratres , ff. de re. diuiſi. & Iaſ.in l.admonendi,in lectura, col. 12.ff.de iureiu.
d Prælati ſui. Adde Fel.all.conſi. 165. ubi ponit caſus,in quibus bñficiatus licite in abſentia percipit fructus . Ber.

tuę.ĩ.e.& uide bo.tex.in c.ſuꝑ ſpecu.ĩ.đ
3 magi.† Vltimò appllo ꝯ̃ iuris diſpōnē
nō eſt admittēdā,concor.c.qa,&c.ad no
ſtrā,de ap.facit l.ſi qua pœna,ff.de uer.ſi
4 gn.† Sed hic q̄rit̃, utrū quilibet p̄latus,
ēt ſi nō ſit Ep̄s,poſſit dare hāc licētiā?do
ctō.cōiter dicunt,ꝙ ſic,& habes gl.ordi.
in d.c. cū ex eo. Nā iſta litera loq̄t̃ indi-
ſtinctè:tñ nō pōt quilibet p̄latus appone
a re pœnā nō reſidentię,[a] id eſt procedere
ad priuationē.ſed oportet, ꝙ ille ſit ſu-
perior,in cuius manibus pōt fieri renun-
tiatio:uel qui poſſit alias inuitū deſtitue
re.Et no.hoc dictū, ꝙ habēs ptātē cōfe-
rendi,non habet poteſtatē deſtituēdi,ēt
ꝑ ꝑ delictum non reſidētię;ꝓ hoc.ca. 1.
de cap.mo.li.6.& plenè dico in repe. c.ſi
5 qs ꝯ̃ clericū,de for.cōpe. † Nūquid autē
ſufficiat petere licētiā ex honeſta cā,Io.
An.hic ſentit,ꝙ nō:ſed debet eſſe obten
ta.Ex quo no.bene,ꝙ clericus ex iuſta cā
ēt non pōt ſe abſentare a beneficio, niſi
obtineat licentiā a p̄lato, nec ſufficit eā
6 petiiſſe. † Sed diceres tu: ergo prælatus
poterit ſemꝑ impedire clericū,ut nō ꝓ-
moueat cauſam honeſtam? dico ꝙ pote-
rit haberi recurſus ad ſuperiorē prælati
ſui, & exigēte cā poterit eū compellere
ad dādū licentiā clerico,arg.opt.in cap.
nullus,de iure pat. Itē adde hic unum di
ctū doct.in c.inter.ĩ.eo.ubi dicūt, ꝓpter
neceſſitatē ſubitò occurrētem p̄t clericꝰ
ſe abſentare,ēt ſine licētia p̄lati ſui. Nā
plerunq; tp̄s,ſeu locus nō patit̃ licētiam
petere,pro quo.l.1.ff.de exerci.& l.tutor
q reꝑtoriū,ff.de admi.tut. & uꝛ̃ Io. An.
ibi limitare, qñ in breui eſt reuerſurus,
arg.in l.3.de diuor.ego credo cōſideran
dā qualitatē cauſę, & præiudicii, & faci
litatē petēdi licentiā.In glo.1.ibi: *debens*
7 *ibi perpetuo permanere.* † No.gl. & facit ad
q.de eo,q acceptauit beneficiū eo aīo,ut
illud teneat, donec habuerit pinguius,
uel nō habuerit animū ibi reſidēdi; nun-
qd iuſtè ibi ſit promotus?& doct. cōclu-
dūt,ꝙ nō,& bene.Nā quiſquis,ut ait apo
ſtolus, debet eſſe cōtētus ea uocatione,
qua uocatus eſt,unde nō dēt in aīo aliud
gerere: ſed quēadmodū ꝯ̃hens matrimo
nium carnale debet habere animū perpe
tuò reſidēdi cū uxore,ut in c.fi.de condi.
apo.& c.ſicut.7.q.1.ſic & acceptans eccle
ſiā.Nā quodāmō ꝯ̃hit matrimoniū cū ec
cleſia.Dicit tñ Hoſti. ꝙ hoc peccatū am
bitionis tollit̃ ꝑ pœnitentiā,in c.fi.de ſi-
mo.uult dicere, ꝙ non eſt neceſſe ad pur
gandum hoc peccatū dimittere benefi-
ciū,ſicut in eo, qui promouet̃ ꝑ ſimoniā
mētalē. Et no. hoc ultimum dictū, quia
poteſt practicari in multis caſibus. maxi
mè in iuuenibus,qui aſſumunt beneficia,
non quòd habeant animū clericandi,ſed
ut ex eis uiuāt in iuuētute. Nā ſi pœnitē
tia ducti uolūt uere clericari, nō tenent̃
dimittere bñficia:ſed ſatis eſt,ꝙ ſatisfa-
ciant Deo de praua intentione agendo
pœnitētiā.In gl.fi.in fi.uel ſm doc.ibi al-
legabatur iuſta cā,puta diſpenſationis,

a Non reſidētiæ.Adde,ut per Old. cō. 195.

SEB. SAPIA.

b Quod clericus. uide d.Ant.& Inn. ĩ c.de multa,ĩ.de p̄bē.& d.Ab.latè in c.cū iandudū.ĩ.e. de præbendis.

c Aliena diœceſi. Adde, ꝙ ordinatus taliter p̄ſumit̃ ordinatus de licētia ꝓprii Ep̄i, ut dicit Oldr.conſil. 115.in 3.col.

uel conſuetudinis: hic allegabatur cauſa cauilloſa, & ꝯ̃ ius
commune,& ideo app.non eſt hic admittenda.

SVMMARIVM.

1 *Clericus,uel laicus transferens ſe ad alienam diœceſim, ut accipiat ſacros ordines,uel ut ſibi conferatur beneficiū,non eſt admittendus ſine literis ſui Epiſcopi.2.niſi ſint ueriſimiliter noti,cuius mores oporteat approbari.3.*

*Præbenda,ſiue beneficium an poſſit conferri clerico alterius diœceſis ſine literis commendatitijs proprij Epiſcopi?*

4 *Illi,quorum uirtutes ſunt notæ,poſſunt ſine examinatione promoueri.*

5 *Literæ commendatitiæ dimiſſoriæ poſſunt recipi a quolibet* Prælato *reſpectu ſubditi ſui,etiam a capitulo ſede uacante.6.*

6 *Capitulum ſede uacante non poteſt alienare,poteſt tamen facere ea, quæ ſunt iuriſdictionis.*

*Literæ commendatitiæ ad ordines.i.ut clericus poſſit recipere ordines ab Epiſcopo alieno,poſſunt concedi a proprio Epiſcopo,uel ſede uacante a capitulo.*

*Literæ dimiſſoriæ ad tempus,puta cauſa ſtudij,ab omni prælato reſpectu ſui ſubditi conceduntur.*

*Literis credentiæ an & quando ſit adhibenda plena fides.*

*Notarius non debet notariū agere in aliquo,quod uenit in commodum ſuum.*

8 *Procurator ad negotia non poteſt eſſe teſtis,quando ex tali teſtimonio reſultaret aliquod ſuum commodum.*

## CAP. V.

1 FRaternitati. † Breue eſt,nec p̄t breuius
b ſummari.Primò no. ꝙ cle
ricus [b] unius diœceſis nō dēt recipi in aliena diœ
ceſi ſine literis ꝓprii Ep̄i.& dic,ꝙ nō debet reci-
pi tanquā clericus,ut ſic ꝓmoueat̃ ad ordines,uel ut ſibi cō
ferat̃ bñficiū. Nā poſſibile eſt,ꝙ in partib. ſuis iſte ſit nota-
tus infamia ſeruitutis,uel aliqd ſimile ſibi acciderit,& ideo
cōtulerit ſe ad ꝑtes alienas.Optime igit̃ fuit ꝓuiſum,ut nō
recipiat̃ ſine literis ſui Ep̄i.uide pulchrū tex.cū gl. 19. q. 2.
duę ſunt:ſed tāquā laicus bñ p̄t recipi,ex quo nō uult ibi ce
lebrare,ut clericus,nec hēre bñficiū;& ita intellige iſtū tex.
pro hoc.ſ̃.de cle.peregri.ꝑ totū. † Nūqd aūt poſſit iſti con
ferri p̄bēda ſine literis cōmēdatitiis, Bonagui. dicit ꝙ ſic,
2 qa ꝑ hoc nō infert̃ aliqđ p̄iudiciū ꝓprio Ep̄o.ſed hoc dictū
admitterē,qñ cōfert̃ ſibi in ſtipendiū,& nō in titulū benefi-
cialē.Nā de iure cōi eadē rō eſt in p̄bēdis titularib. quę in
aliis bñficiis.70.diſt.ſanctorū,& ꝓ hoc qđ no.Inn. in c. fi.
de cle.ꝑegri.† Et aduerte id,qđ diſponit̃ hic in clericis, ha
3 bere locum in laicis,ut dñt do.hic,& uꝛ̃ tex. in c. primates,
71.diſtin.ſed intellige,ꝙ laicus non debet recipi in aliena
c diœceſi [c] ſine literis ſui Ep̄i commēdatitis,ſ.ut promouea
tur ad honores:qa nō dēt Ep̄s ordinare laicū aliūde oriun-
dū,licet cōtrahat domiciliū in diœceſi ſua,propter rationē
p̄dictā,ne forte in partib. ſuis ſit notatus aliqua macula. †
4 Et limita hunc tex.& dicta doct. hic ſecundum pulchrū di-
ctum Inn.in c.cum iamdudum,de p̄b,ubi dicit,ꝙ iſtæ literę
cōmendatitiæ requirunt̃ pro ignotis : hi aūt qui bene ſunt
noti,ſiue ſint clerici,ſiue laici,poſſunt abſq; huiuſmodi li-
teris recipi,qđ ſatis mihi placet.Pro hoc illud.cap.duę,ar-
guendo a ratione ceſſante,& quia clericus ſecularis,uel lai
cus,non ſunt ita ſubiecti proprio Epiſcopo,quo minus poſ
ſint transferre domicilium, & acceptare alibi beneficium ſi
ne licentia Prelati. Item pondera, quia iſtę literæ dicun-
tur commendatitię,quia commendant mores proficiſcen-
tis,quod in notis non requiritur.Nam notus poteſt promo
ueri etiam ſine examinatione.23.diſt.c.1.& c.conſtitutus,
5 de app.ubi dixi.† In gl. ibi:*perhibetur teſtimonium.* & hoc re-
ſpectu dicuntur commendatitię, & formam harum litera-
rum uide.73.diſt.quaſi per totū.Et aduerte, ꝙ iſtæ literæ q̄
ſunt in uſu,reperiuntur in triplici ſpecie.Quædam em̄ ſunt
literæ dimiſſorię commendatitię,ut ſunt iſtę, de quibus in
textu,qñ habuit clericus,uel laicus bonam licentiam a Prę
3 *Clericus ordinatus aſſerens ſe habere ſufficientẽ patrimonium,ſi nullũ habeat,an ſit ſibi interdicta executio ſuæ ordinationis.*

CAP. II.

NOn liceat. Non licet ep̃o b aliquẽ ordinare ſine tit.h.d. Not. 1.ibi;alimonias. qď hoc uerbũ ĩportat neceſſaria uitę ut patet in fi.lr̃æ,& dr̃ alimonia quaſi ſubſidii eleemoſ. †No. 2.ꝙ 1 nõ oẽs dẽnt admitti ad clericatũ, nã nõ habentes unde uiuere poſſint promoueri non dẽnt.Et hoc fuit ſtatutũ,ut ordinati non mendicarent in opprobriũ clericatus, qa eſſet ualde utile ſeruare diſpoſitionẽ h⁹ c.& c.ep̃s,in fi.ĩ.e.nã turba clericorũ facit eos cõtẽptibiles.83.diſt.legimus.†In gl.1.ibi.oẽs ĩ minorib.&c.not. gl.quod appellatione clericorũ ueniunt oẽs ordinati ſiue ad ſacros ordines, ſiue ad minores ꝙ indubię procedit in diſpoſitione fauorabili,ut pbat̃ in c. duo ſunt genera.12.q.1.Quid in odioſis dic,ut dixi ſup̱ rub.de uita & hone.cleri.& in fin. gl.& p hac conſuetudine facit ſm doct. quod pmoti ad nõ ſacros ordines pñt retrocedere,ut in c.cũ ex eo.de ele.lib.6. ideo ecc.nõ tm̃ eis ſubuenit,ſicut cõſtitutis in ſacris.puto tñ qď a principio ep̃s d dẽt ſuare qď dr̃ hic in oĩb. ordinib.& p gl.facit c.ep̃s.ĩ.eo.†In gl.fi.in fi.dicũt al qui vt d.Ant. quod iura antiqua poſſunt remanere incorrecta, quãdo ſolus ordinatus fuit in culpa:vt qa aſſerit ſe hr̃e ſufficiens patrimonium:cũ tñ nullũ haberet uel minus ſufficiens,tunc enim ipſo iure eſt interdicta ſibi executio, ſed ſi ordinator fuit in culpa tũc habeãt locũ iura hodierna,ut habeat executionem, ſed ordinator compellat̃ ſibi prouidere de ſuo ut in c.cũ ſecundum.ĩ.eod. Et no. hãc ſolu.in practica, ſed non credo eã verã:qa illud c.1.70.diſt.dicit,quod ad odium illius q eũ ordinauit,illud fuit ſtatutũ: ergo loquitur qñ ordinator fuit in culpa, & de hoc in d.c.cum ſm.ubi ẽt hoc videt̃ pbari,poſſet tñ illa ratio ponderari pro ↄria. qa ſi in odiũ ordinantiũ illud fuit

a Pe.ď Anch. adde eundem conſil.8. Lapũ allega. 116.
b Sit dignitas. Adde d.de Ro. deci. 173. inci. de theſauraria. in nouis ZACHAR. Adde Card. ĩ cle. audito.n.9. & ibi in apoſt. celſi. in uer. cõprehendit dignitates de reſ. ZACHAR.
c Clerici non ueniũt.Adde qď no. plenĩ. in apoſ.ad iſtum poſt alios in c.intelleximus nu.1.in uer.nõ in aliis. ſ̃. de uita & honeſt.cleri. SEB. SAP. Clerici tamen nõ ueniunt. Vide late per Fel. in c.eccleſia ſanctę Mariæ,uerſ. 3.quęro. ſ̃.de conſt.ubi Deci.& Fel.in c.eã te ſ̃.de reſcr.
d Iure ſanguinis. Adde an tranſeat ad filios qui non ſũt hæredes Fed. conſi.111.
e De gratia. Adde Per.de Anc.conſi. 112.

ſtatutum, ergo ubi non eſt culpa aliud eſ
ſet dicendũ: ſed tũc eſſet inferendũ ɔ̃riũ, 1
vt remota culpa ordinatoris non cenſe-
retur interdicta executio. Itẽ poteſt di- 2
ci qđ ſemp̱ ordinator videt̃ in culpa: qa 3
debuit diſcutere & examinare an habe-
ret ſufficiens patrimonium, arg. in c. in- 4
notuit. ſ. de elect.

S V M M A R I V M.

1 *Allegare rationem naturalem abſq; alia allegatione iurium, licitum eſt.*
2 *Quod commune eſt, an dicatur meum.*

C A P. III.

SEB. SAPIA.
a Abſq; allegatione iurium. Facit dictũ And. de Iſer. in proœ. feu. q̃ rõ nabile dictum ita debet mouere iudicẽ ad iudicandum, ſicut ſi allegaretur tex. l. refert. & ſequitur d. Iaſ. in l. quoties, i fine ſeptime limitationis, C. de rei uen. & in l. illam, C. de col. ubi plura ad propoſitũ.
b De re propria Adde eũdẽ conſi. 83. 2. li.
SEB. SAPIA.
c Vt ſingulis. uide ad hæc. Fel. in c. oẽs leges. uerſi. illud quod eſt commune. 1. diſt.
SEB. SAPIA.
d De beneficio uide late per Andſiculum in tract. de p̃ſtan. Card. in 6. q. baſilice. & unã extenſionem ad hãc materiam ponit d. Abbas ex dictis Ioã. And. in c. tuis. ſ. eod.

*Ratio nulla.* Breue eſt & p̃t ſic ſummari. Bona eccleſiarũ cõia ſunt nec dẽt quilq̃ tanq̃ ꝓpria ſibi
1 uẽdicare h. d. †No. 1. ex principio, qđ lici
tũ eſt arguere per rõnem nãlem ẽtabſq;
a allegatione iuriũ.[a] ꝓ hoc c. 2. requiris, in
fi. de app. l. ſcire. §. ſufficit, đ excu. tuto. &
uide bo. gl. in c. cõſuetudo. 1. di. nã lex ẽ
qcqd in rõne cõſiſtit ut ibi. No. 2. qđ bõa 2
eccleſiarũ dẽnt eſſe cõia, i. oĩb. indigenti
bus cõicanda, intellige tñ ut bñficiatus
prius capiat neceſſaria ſua, debet̃. n. prio
ſibi uictus rõne ſuitii, adeo ut prius ſit ꝓ
uidẽdũ ſibi, q̃ ꝓ reparatione eccleſię, ut
in c. de his. ſ. de ecc. edi. ſed de his q̃ ſup-
ſunt, dẽnt indigẽtes uiuere, & ſic intelli-
ge tex. 16. q. 1. c. fi. ubi dr̃, quod qcqd ha-
2 bent clerici, pauperũ eſt. Item limita ꝓut
hr̃ 12. q. 2. in c. quatuor, & c. cõceſſa. †Vlt.
iſte tex. adducit̃ ad qõnẽ, nũqd de rebus
cõib. poſſit q̃s diſponere tanq̃ de re pro
pria[b] ſingulr̃, de quo uide gl. 22. q. 1. in c.
fi. & in c. p̃nti, de p̃b. li. 6. ſed diſtingue p⁹
Bar. in l. ſui electione. §. Labeo ff. de leg.
1. quod aut bona ſunt cõia uniuerſis aut
ſingulis, primo caſu, nemo p̃t dicere, hoc
eſt meũ, neq; diſponere tanq̃ de re ꝓpria
22. q. 2. qui manumittitur, & in. l. intm̃, ff.
de rerũ diui. ſcđo caſu qñ ſunt cõia ut ſin
c gulis,[c] aut q̃rit̃ quo ad diſpoſitionẽ par-
tis, & põt q̃s diſponere, ut de proprio, &
p̃t dicere. hoc eſt meũ, C. de cõmu. rerum
alienatione. l. falſo, aut q̃rit̃ quo ad diſpo
ſitionem totius, & non põt. Fallit in prin
cipe prout habetur in l. 2. C. eo. aut quę
ritur quo ad diſpoſitionem ſuper toto,
& tunc quo ad uſum deſtinatum poteſt
uti etiam inuitis ſociis, ut in, l. Sabinus,
ff. communi diui. ſed quo ad uſum non
deſtinatum, melior eſt conditio prohibẽ
tis, ut in regula, in re communi, de reg.
iur. li. 6. In gl. ibi diuiſioni prebendarũ;
item ſecundum Do. licet bona eccleſię
diuidantur in prębendas, non tamen p̱
hoc deſinit eccleſia illa bona poſſider̃, ut
in c. relatum, & quod ibi habetur. ſ. de te
ſti. uel dic formalius, præbenda datur ca
nonico non ut illa ſit ſua propria, ſed ut
inde uiuat, & quod ſuper eſt cõuertat in
pios uſus. 12. q. 1. §. fi. ubi bonus tex. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus ordinans aliquem ſine titulo & ſic non habentem unde uiuat, debet ſibi prouidere de ſuo donec conſequatur aliquem titulum.*
2 *Clericus qui habet ſufficiens patrimonium & beneficium, poteſt uiuere de reditibus beneficij, & patrimonium conſeruare ſuis hæredibus.*
3 *Clericus gaudet in bonis patrimonialibus priuilegio clericali, licet nullam habeat eccleſiam.*
4 *Bona patrimonialia clericorum ſunt obligata pro mala adminiſtratione ſuper bonis eccleſiæ.*

C A P. IIII.

1 *Epiſcopus.* †Qui ordinauit aliquẽ ad ſacros ordines ſine titulo non hãbẽtẽ đ ſuo uñ uiuat, de ſuo ꝓuidere tenet̃ donec aliquẽ titulum fuerit conſecutus, hoc dicit primo ponit
dictum, ſecundo eius exceptionem ibi, niſi. Caſus literalis.
ſtatuit Laterañ. Concilum, qđ ep̃i nullum debent ordiuare
ſine certo titulo in diaconũ uel prębyterum, & idem intel
lige de ſubdiacono, quod ſi fecerit tandiu miniſtret ſibi ne
ceſſaria donec in aliqua eccleſia ſibi conueniens beneficiũ
aſſignet, niſi de ſua uel paterna hæreditate ſubſidium uitę
poſſit habere. B. Not. 1. ibi. ſtipendia militię clericalis, &c.
primo. n. colligitur q̃ bñficium datur clerico in ſtipendiũ.
Secũdo q̃ quilibet clericus eſt miles dei, uñ ſicut miles ſecu
li hẽt ſtipendiũ a dño tp̱ali, ita & miles dei dẽt hr̃e ſtipen
diũ ab eccleſia, & ex hoc ẽt infertur clericum dẽre gaudere
priuilegio militũ, & intellige de priuilegiis congruentib⁹
ipſis clericis, ſ. ubi eſt eadẽ rõ uel maior in eis q̃ in militib.
2 ſeculi. ꝓ hoc eſt bona glo. in l. miles, ff. de re iudi. †Vlti. not.
quod habens unde uiuat, nõ habet ius contra ep̃m ad peten
dum beneficium: †Sed circa hoc uertitur qõ notabilis qđ ſi
gratioſę fuit ſibi collatum bñficiũ, nũquid poſſit licite uiue
d re de bñficio,[d] & conſeruare reditus patrimoniales. Inn. te
net hic quod ſic, & quotidie allegatur hoc dictum, & tenet̃
cõiter per omnes ſcribentes, & per Io. de Lig. in cle. gratię,
de reſcrip. & per Archi. in c. ſtatutum, de reſcrip. lib. 6. nec
ob. c. paſto. 1. q. 2. loquitur n. ſm̃ Inn. qñ clericus uellet ui-
uere de bñficiis & auare theſaurizare de patrimonio, ſecus
aũt ſi uult conſeruare patrimonium ꝓ ſuis hęredibus. Itẽ
ſm̃ Hoſ. poteſt intelligi cõtrarium, quãdo nõ deſeruit bñfi
cio, & uult uiuere de reditibus beneficii augendo patrimo-
nium proprium. Ego diſputaui hunc articulum, & incipit.
Titius clericus, & poſui plurimas opi. quarum quatuor uide
per gl. 12. q. 1. illi. Itẽ uide gl. 1. q. 2. c. fi. Et aduertendum q̃
iura in hoc uario mõ loquuntur, quædam. n. uidentur innue
re quód clericus peccat tenendo bñficium & patrimonium,
quędam uero quòd põt tenere patrimonium, ſed nõ debet
uiuere de reditibus beneficii, quędam uero iura ſimpliciter
permittunt clerico uiuere de bonis bñficii, & plene uideas
in dicta diſputatione. Sed pro clara deciſione concluſiue eſt
aduertendum, q̃ olim in primitiua eccleſia erat ualde du-
rum, quòd chriſtiani haberent ꝓprium, unde unuſquiſque
conuerſus uendebat patrimoniũ, & ponebat precium ante
pedes apoſtolorum, demũ ſtatutũ fuit, ut bona non uende-
rentur, ſed relinquerentur eccleſiis cathedralibus, ut ex eo-
rum reditibus ſubueniretur indigentibus. ut in c. uidentes,
12. q. 1. Item pręmitte quòd quieſcente illo fauore fidei, lai
ci chriſtiani inceperunt poſſidere propria, clerici aũt occul
te poſſidebãt, qua pp̱ ut euitaretur hypocriſis fuit ſtatutum
ut quiſq; clericus poſſit poſſidere propria, ut in c. certe. 12.
q. 1. unde ꝓ concordantia iuriũ dicendum q̃ iura quæ dñt
clericum nõ poſſe poſſidere propria, loquuntur ſecundum
tempus primitiuę eccleſiæ. Item anteq̃ clerici haberent bñ
ficia ſeparata, nõ poterant uiuere de reditibus eccleſię, ex
quo habebãt ſufficiens patrimoniũ, quia illa bona erant de
putata ſolum pro indigentibus, ut in d. c. uidentes. Et ſm̃
hoc tẽpus procedunt iura q̃ dicũt habentem patrimonium
non debere uiuere de redditibus eccleſiæ, ſed cũ hodie bñ
ficia ſint deputata pricipalr̃ ꝓ clericis, đ ɔ̃ſe. di. 1. nouo. nec
ſit horridũ q̃ cleric⁹ poſſideat ꝓpria bõa, emanarũt alia iu





ra nouiſſima, q̃ uolũt, q̃ clericus poſſit uiuere de reditib. bñ
ficii, ex quo ſerniũt bñficio. Vñ põdera. c. fi. 1. q. 2. ubi dat̃ cle
rico ſtipẽdiũ nõ pp̱ indigẽtiã, ſed pp̱ ſeruitiũ. Nõ. n. tenetur
de ſuo patrimonio militare. Et in hoc multa poſſent dici,
qđ dicta diſputatione repies. Sed ſimplr̃ cõcludo, q̃ hodie
licitè ſecularis uiuit de fructib. bñficii, & cõſeruat patrimo
3 niũ ſuis hęredib. dũmõ honeſte uiuat. †In gl. in fi. notabis
ſemp̱ hãc gl. Ex qua collige, q̃ licet clericus nõ hẽat eccle- a
ſiã, nihilominus gaudet in bonis patrimonialib. priuilegio
clericali, ſicut in bonis eccleſię. Et p̱ hoc patet, qđ glo. in c.
ex literis, de pign. ñ eſt uera, dũ dicit, q̃ ideò bona patrimo-
nialia clericorũ ſunt priuilegiata: qa ſunt obligata bñficio
ꝓ mala adminiſtrõne. Illa. n. rõ non ꝓcedit: qa ſequeret̃, q̃ b
nõ habẽs bñficiũ non gauderet illo priuilegio. dic ergo, q̃
priuilegiũ competit alia ratione, qa bona ſunt acceſſorii p̱
ſonæ. Nam propter prærogatiuam p̱ſonę ſæpe priuilegiant̃
in bonis. l. 3. C. de epi. & cleri. & uide quod dico in c. ſi cleri 4
cus laicum, de foro comp. hic non ſunt alia.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus non debet obtinere plures eccleſias: niſi cum diſpenſatione procedente ex legitima cauſa, puta propter tenuitatem beneficiorum, uel dignitatem perſonarum, alias non ualeret diſpenſatio, nu. 2. & 3.*
*Diſpenſatio ſine iuſta & legitima cauſa eſt potius quædam diſſipatio, & iurium uulneratio, & ideò non ualet.*
4 *Diſpenſatio facta ſuper una re, intelligitur facta ſuper omni conſecutiuo & dependenti ex illa re.*
*Diſpenſatio facta cum minori, ut poſſit habere eccleſiam curatam uidetur diſpenſatum, ut non teneatur ſe promoueri facere intra annum.*
*Diſpenſatus, ut habeat plura beneficia curata, uidetur diſpenſatum, ut ad libitũ ſuum poſſit uni ex illis interpollatim per ſe, uel per alium ſeruire.*
5 *Clericus ſortitur forum ratione reſidentiæ, quam facit in ſuo beneficio.*

C A P. V.

*Quia in tantum.* †Non dẽnt Ep̃i p̱mit
tere quẽ plures eccle-
ſias obtinere. Et primò ponit̃ exceſſus. Secũdo ꝓ
uiſio, ibi: *per fratres.* Caſus literalis. Quidã ambi-
tione adducti, ut non duab. aut tribus eccleſiis ſint contẽti,
*licet + plures ꝓhibeant̃ hẽre, cũ duab. ſeruire nõ poſſint, p̃
cipit cõciliũ Laterañ. q̃ ambitio iſtorũ corrigat̃ p̱ Ep̃os, in
quorũ iuriſdictione clerici cõſiſtũt, & de beneficiis iſtorũ, q̃
obtinẽt ɔ̃ canones, & p̱iculũ animarũ inducũt, ꝓuideãt pau
2 peribus clericis, q eccleſiis ualeãt deſeruire. Ber. † No. 1. q̃
ɔ̃ obtinentẽ plures eccleſias eſt præſumptio ambitionis. Et
ambitio ꝓpriè eſt aſpiratio ad dignitatẽ ꝓcedens ad actũ. d
hęc tñ pręſumptio qñq; ceſſat ſm̃ qualitatẽ beneficiorũ, &
p̱ſonarũ. Nã poſſent eccleſiæ eſſe ita tenues, uel perſonę ita
notabiles, q̃ licitè & ſine omni ambitiõe poſſent tenere di-
pẽſatiue plures eccleſias, ut ꝓbat̃ in c. de multa, in fi. ſ. e. 9. q.
3. in c. unico. Not. 2. multas cauſas, quare ꝓhibeat̃ plurali-
tas in eccleſiis. Et prima eſt pp̱ delictũ ambitionis. Secũda
pp̱ impotẽtiã plurib. ſeruiẽdi. Tertia, qa inducit mãm diſ-
ſolutionis tã in ueſtib. q̃ in morib. iuxta illud p̃s. ꝓcedit ex
adipe iniquitas. Quarta, qa inducit uagationẽ. Nã quantũ
homo magis exuberat, tantò facilius efficit̃ uagus. Quinta
quia cõtinet p̱iculũ animarũ; & ex hoc apte colligit Hoſt.
q̃ peccatũ eſt tenere plures eccleſias, & intellige, qñ nõ ſu-
beſt cã licita tenendi. Et infertur ex hoc & ex tex. q̃ nõ ua
let cõſuetudo, ut q̃s ſit pluralis in bñficiis, nõ ſubſiſtẽte cã
lti a, qđ bñ no. qa cõſuedotu ñ ualet ɔ̃ p̱iculũ animarũ, &
qñ p̃bet cãm tãtorũ malorũ, ĩ c. ex p̱te, & c. fi. de cõſue. nec
ualebit diſpenſatio: quia ut dicit beatus Ber. Vbi nõ eſt le
gitima cã diſpẽſandi, illa nõ eſt diſpẽſatio, ſed diſſipatio; &
idẽ Hoſt. & cõiter doc. hic, & uide Inn. in c. cũ ad monaſte-
riũ, de ſta. reg. probat̃ ex ui uocabuli. Nã diſpẽſare eſt diuer
ſa pẽſare, & ſic p̱ſcrutari cãm tollẽdi iura. uñ, ſi nulla ſubeſt
cã legitima, dr̃ diſſipatio, & iuriũ uulneratio. Inde ẽt Inn. ĩ
c. ex tuæ, ſ. ti. ꝓ xi. ubi dicit nõ poſſe Ep̃m diſpẽſare, ut ſine
cã q̃s hẽat duas p̃bẽdas, qa ꝓcedit hoc ex ambitione, q̃ eſt
3 peccatũ; facit qđ no. gl. in c. dudũ, el. 2. de ele. † In gl. 1. ibi, in
omnib. acceſſoriis. notabis bñ hoc dictũ gl. Nec eſt obliuio
ni tradẽdũ, q̃ licet diſpẽſatio ɔ̃ ius ſit ſtri
cti iuris, & ſtricta ſit fiẽda interp̃tatio, ut
in cap. dilecto, de cõſan. & af. in c. 1. & 2.
de fil. p̃ſ. li. 6. nihilominus extẽdit̃ diſpen-
ſatio ad neceſſaria cõſecutiua, ſeu depen-
dẽtia ex eo, ſup̱ quo eſt diſpẽſatũ. Hinc di
cit gl. in c. ſi q̃s in clero 6. q. 1. q̃ ex quo di
ſpẽſat̃[a] cũ aliquo ſup̱ pluralitate bñficio
rũ, ur̃ ẽt diſpẽſatũ ſup̱ reſidẽtia. Et exhoc
ẽt habet, q̃ ſi diſpẽſat̃ cũ minori, ut poſſit
habere eccleſiã curatã, ur̃ diſpẽſatũ, ut ñ
teneat̃ ſe facere ꝓmouere ad ſacerdotiũ
[b] intra annũ, iuxta. c. licet canõ, & c. com
miſſa, de ele. li. 6. & circa hãc mãm diſpẽ-
ſatiõis extẽdẽdæ uide q̃ no. Hoſ. in c. cũ
in cũctis, de ele. & qđ no. in c. at ſi clerici.
§. de adul. ſ. de iu. ubi latius dico. Adde †
ẽt gl. no. in c. nõ p̃t, de p̃b. li. 6. q̃ ponit q̃-
ſtionẽ notabilẽ, nũqd diſpẽſatus ſup̱ duo
b⁹ eccleſiis poſſit interpollatim utriq; de
ſeruire; an uerò teneat̃ uni deſeruire p̱ ſe
& alteri p̱ uicariũ? Et cõcludit, q̃ eſt in
elect. ſua. Nã, ex quo diſpẽſatũ eſt ſup̱ prĩ
cipali, ur̃ diſpẽſatũ ſup̱ acceſſoriis, & dic
5 ut ibi latius dicã. † In ea gl. ibi, *conuenire
tur tantum de illis.* Aduerte ad hãc dictio-
nẽ taxatiuã,[c] tm̃. Nã ur̃ ex hoc inferẽdũ
q̃ ſup̱ aliis reb⁹ nõ poſſit cõueniri corã
illo Ep̃o beneficii. Sed ɔ̃riũ ſentit glo. in
fi. nõ aduertẽdo ad p̃dicta, dũ dicit, q̃ in
utroq; loco eccleſiarũ ſortit̃ domiciliũ.
Nã ſi hoc eſſet uerũ, ſequeret̃ q̃ ẽt ſuper
aliis reb. poſſet ibi cõueniri, cum in loco
domicilii poſſit q̃s cõueniri de ɔ̃ctu alibi
geſto, & de delicto alibi p̱petrato, & de
alibi ſito, ut ꝓbat̃ in c. dilecti, de fo. cõp.
no. in l. fi. C. ubi in rẽ acti. no. Bar. in l. cũ
ctos populos, C. de ſum. tri. alias ſup̱flue-
ret domicilii forus, dixi late in c. ſi. de fo.
cõp. Et ideo deciſio huius qõnis depẽdet
ex deciſiõe illius qõnis ultimæ, quã glo.
tãgit in fi. Vtrũ rõne cuiuslibet beneficii
sortiatur q̃s ibi domicilũ[d] de qua mã ui
de no. in c. dilectus, de reſcrip. & ibi dixi,
p̱ Inn. in c. ex ore, de priui. Et uera cõclu
ſio eſt, q̃ ſi beneficiũ requirat reſidentiã,
ſortit̃ ibi domiciliũ, dũmõ teneat̃ ibi reſi
dere. hoc dico, qa ſi eſt diſpẽſatũ ſup̱ plu
ralitatẽ bñficiorũ, ur̃ diſpenſatum ſuper
reſidentia, ut dixi, & per conſequens, ſi
ibi non reſidet, nec reſidere tenet̃, nõ ſor
titur ibi domicilium: alias ſecus. Et per
hoc dic glo. procedere, quando beneficiũ
non requirit reſidentiã. Nam tũc, ex quo
ibi non habet domiciliũ, non poteſt co-
ram illo Epiſcopo conueniri, niſi ſuper
ſpectantibus ad illud beneficium. Et ad-
de ad prędicta no. dictum Bart. in l. 1. ff.
ad mu. ubi dicit, q̃ in loco, ubi quis adipi
ſcitur dignitatem, efficitur ciuis,[e] facit.
l. municipes, in §. miles, ff. e. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus petens ſibi prouidere de beneficio uigore cuiuſdam mandati Papa non debet obtinere, ſi ille clericus impetrauit literas non faciendo mentionem alterius beneficij, quod habebat, ſiue fuerit tenue, ſiue ab alio occupatum, alias literæ ſaperent ſurreptionem. 5.*
2 *Scãdalũ ſi p̃t interuenire, ſi obeditur literis papæ, licitè*

SEB. SAPIA.
a Diſpẽſat. uiđ Car. in cle. 1. ad fi. principii uer. 9. q̃ro, đ p̃b. cũ multis alle. p̱ Fel. in c. poſtulaſti. col. 13. uerſi. limita tertiò, ſ. de reſcri. ubi accumulat infinita in mã diſpenſationis.
b Ad ſacerdotium. Adde uidẽdũ Pet. de Anc. cõſi. 205.
c Taxatiuam. dictio taxatiua excludit, & intellige ex̃nea illa uerò q̃ p̱tinẽt ad nãm actus, ĩcludit, tex. eſt in cle. exiui, de uer. ſig. in §. cũ aũt nã. quem tex. reputauit aureũ & p̱egrinũ Io. de Ana. in cõſ. 36. inci. utrũ. uide de hoc p̱ d. Are. in l. ſi mora, in 2. no. ff. ſo. mat. & ibi Iaſ. ĩ 4. not. ubi multa dñt, an & qñ taxatiua includat, uel excludat. & p̱ Bar. in l. ſi cõſtãte, in 9. q. primæ p̱tis, e. ti. Et adde unũ caſum, in quo taxatiua nõ excludit, ſ. qñ, ſi excluderet, induceret̃ legum correctio, uiđ Iaſ. q̃ ponit exẽplũ in l. 1. in 12. col. uer. 2. ff. de of. eius, & do. Ale. in l. 1. C. đ bo. poſſ. cõtrata, AEnæ. de Fal.
d Domiciliũ. Adde Ro. cõſi. 386.
e Ciuis. Adde Ang. conſi. 23.

*quis poteſt non obedire, etiã ſi Papa reſcripſerit, ſcandalo non obſtante.*
*Papa ſi ſcripſerit aliquid, quod eſt euidenter iniuſtum, uel fieri non poteſt ſine peccato, non eſt ei obediendũ.*

CAP. VI.

1 CVm teneamur. † Ad mandatũ Papæ nõ tenet̃ qs ꝓuidere illi, q̃ bñficiũ in literis tacuit, uel cui ſine ſcãdalo ꝓuideri nõ pt. Et in hoc ultimo eſt iſte tex. ſemꝑ menti tenẽdus. Nõ recipit cõgruã diuiſionem. Caſus literalis. Aliqs hñs ſufficiẽs beneficiũ, impetrauit literas ꝓ alio beneficio in alia eccleſia obtinẽdo, nec fecit mẽtionẽ de beneficio, qđ habebat. q̃ſitum fuit a Papa, utrũ teneret̃ ille, cui literæ dirigunt̃, prouidere illi authoritate illarũ literarũ. Papa reſpondet, ſi mandatũ noſtrũ receperis ſuꝑ prouiſione alicuius, q̃ habet aliud ſufficiens beneficiũ, patiẽter ſuſtinebimus, ſi nõ feceris, qđ mãdamus, niſi de beneficio in literis noſtris fiat mẽtio: uel ſi non potes ei prouidere ſine ſcãdalo. Ber.
2 † No. 1. unã regulã generalem & notabilem, q̃ in mã beneficiorũ licitè nõ obtẽperatur literis Papæ, ſi ſine ſcandalo pareri non põt. nõ enim eſt de mente Principis uelle prouidere uni cũ ſcandalo plurimorũ. Ad hoc bo. tex. in ca. nihil cũ ſcãdalo, ṡ. de pſcrip. & in c. 2. de noui ope. nun. & uide gl. in c. qui ſcãdalizauerit. ỹ. de reg. iur. quã notabis. Et aduerte q̃a tex. iſte ꝓcedit in dubio, qñ. ſ. non appareret de expreſſa intẽtiõe Papę in ɔ̃riũ. Sed dubiũ eſſet, q̃d ſi Papa præciſè, præcipit, ſcãdalo non obſtãte, ſuo mãdato pareri? a Circa hoc nihil ſcribit, ſed dicere ſic, q̃ aut eſt tale, q̃ nõ põt ſine peccato explicari; & tũc nõ eſt parẽdũ. unde dicit ſing. Inn. in c. inquiſitionis, de ſent. excom. q̃ nõ eſt parendũ mandato Papæ iniuſto, ex quo multa mala ſeu ſcandalũ uerſimiliter eſt futurũ. Ad idẽ uide qđ no. Io. An. in c. adeò, de reſcrip. ubi notat er dr̃, q̃ ſi Papa ſcribit ꝓ indigno tanta indignitate, ut ſalua cõſcientia illi prouideri nõ põt; q̃ nõ eſt illi parendũ. Adidẽ uide Hoſt. in c. ſignificauit, de off. ord. ubi dicit, q̃ ſi ſuperior nõ põt diſpẽſare ſuper mãdato iniuſto, nõ eſt illi parendũ. Probant̃ pdicta, rõne. Nã papa non recipit a Deo ptãtẽ peccandi, ſed iuſtè & licitè ligandi & ſoluẽdi, ut dicit tex. in ca. 1. 60. diſt. ſed Deus, q̃ eſt ſupior pcepit malum uitãdũ; ergo potius parẽdum eſt Deo, q̃ Papæ, q̃a papa non pt ɔ̃ legem Dei; unde dr̃ potiꝰ errare, q̃ legẽ facere. 25. q. 1. ſunt q̃dã, & 11. q. 3. c. q̃ reſiſtit, & hæc not. q̃a quotidiana. In gl. 1. in fi. de hoc dic, ut dixi in illo. c. cũ eccleſiaſticæ.
3 † In glo. 2. in fi. hodiè eſt tex. in c. ſi motu ꝓprio. ỹ. eo. tit. li. 6. ubi habet̃, q̃ quantuncunq; tenue ſit beneficiũ obtẽtũ, eſt ſemꝑ de illo facienda mẽtio, alias reſcriptũ eſt ſurreptitiũ. Sed hic doct. q̃runt, nũquid de beneficio ſibi ſubtracto, ſeu occupato ſit fienda mentio? Et cõcludũt q̃ ſic. alias poſſet uia

SEBA. SAPI.
a Pareri, q̃ nõ ſit in tali caſu Papę obediẽdũ, uide Fel. ĩ c. accepimus, co. 1. ṡ. de fi. iuſtru. & in c. ſi qñ, col. 2. ṡ. de reſcri. ubi dicit non eſſe obediendũ Papę, ubi peccatum imminet.
b Pleno iure. Adde Cal. conſi. 2. de pſcrip. Ber.
SEBA. SAPI.
c Rõne cõſuetudinis. Vide late per Dec. poſt Abb. in rub. ṡ. de ap. co. 2.
ZACHARI.
d Excipiat. adde q̃ ꝓ hoc eſt gl. ſing. in c. dilecti, ꝓ iſtũ alle. in uer. appellationẽ ſm Phil. Frãc. But. iſtum & doc. ṡ. de ap. licet Arch. in c. ſi delegatus, de of. dele. li. 6. dicat Inn. & Hoſt. tenere cõtrariũ i iſto caſu all. ꝑ d. gl. cuius tamẽ gl. opti. docet nõ eſſe credẽdũ Ioã. An. in palleg. cap. dilecti.

aperiri fraudib. q̃a faceret ſe q̃s ſpoliari, ut poſſet impetrare aliud bñficiũ, & demũ repeteret primũ. Ite ex quo hẽt actionẽ ad beneficiũ repetẽdũ, ur̃ ipſum beneficiũ obtinere, ff. de reg. iur. l. q̃ actionẽ hẽt, facit ad hoc. c. in noſtra, ṡ. de reſcri. Nam ſi Papa ſciuiſſet, fortè nõ cõtuliſſet ſecundum, ſed dixiſſet, q̃ repeteret ſuum beneficium, & hoc uidetur uerſimilimum. Et aliæ gloſſellę non habent aliquid.

SVMMARIVM.

1 *Clericus habens duas eccleſias debet unam eligere, & aliam dimittere, an autem priuetur una ipſo iure, uide. 3.*
2 *Prælatus inferior Epo habet ius inſtituendi, priuandi, & excommunicandi.*
4 *Conſuetudo, ut appelletur ad papam omiſſo medio ualet. Item ualet circa ea, quæ ſunt accidentatalia alicuius actus, contra naturam & ſubſtantiã actus non ualet conſuetudo.*
*Conſtitutio odioſa prouidens contra Epiſcopum non extenditur ad alios ſacerdotes.*

CAP. VII.

1 REferente. † Habens plures eccleſias, alteram eligere, & alterã dimittere cõpellitur. h. d. In prima ponitur impetrantis conqueſtio. In ſecũda ipſius abſolutio, & cæ cognitio, ibi: *nos autem*. Caſus literalis. Quidã pſbyter in Archidiaconatu cuiuſdã Archidiaconi hẽbat duas eccleſias. Archidiaconus ſpoliauit illũ altera illarũ, & aſſignauit illam cuidã alii pſbytero. G. nomine, pp quod pſbyter ille appellauit ad Metropolitanũ ſuũ. ſ. Rhemenſem Archiepm, & ſic Archieps reſtituit illi eccleſiã, poſt hoc Archiadiaconꝰ uocauit illũ pſbyterũ ad pñtiam ſuã, & quia ille non uenit, Archidiaconus excõicauit eundem. Sacerdos cõqueſtus eſt domino Papæ. unde papa fecit illũ abſolui in ſñia, qua tenebatur. Mãdat Papa Epo diœceſano, ut ille pſbyter unã de pdictis eccleſiis eligat, quã uoluerit, & alterã aſſignet pdicto. G. cui Arch. eã cõtulerat. ſi nõ hẽat aliud bñficiũ: alioquin cõcedat illã alii pſonę idoneæ bñficiũ nõ hñti. Ber. † Nõ. 1.
2 Archidiaconũ, & ſic inferiorẽ platũ Epo poſſe de iure ſpeciali habere ius inſtituendi. Itẽ priuãdi & excõicandi. Põt
b ergo inferior Epo acquirere eccleſiam pleno iure, b de quo in c. unico, de cap. mo. lib. 6. facit. c. auditis, & c. olim, de reſcri. & uide latius in c. cũ ſatis, de of. Arc. † No. 2. tex. not. q̃
3 habẽs plures eccleſias nõ põt utraq;, uel altera pciſè priuari: ſed dẽt dari optio eligendi alteram, quã uelit. ɔ̃ hoc aptè facit. c. quia nonnulli, ṡ. ti. proxi. ubi priuat̃ ſecũda, & hodiè ur̃ tex. iſte correctus ꝑ c. de multa, ỹ. eo. ubi ipſo facto e priuatus prima. Doc. inſtãt ꝓ ſolutione, & maxime ad cap. q̃a nõnulli, & cõiter uident̃ uelle, q̃ iſtud ca. pceſſit, c. q̃a nõnulli. uñ * añ illud cõciliũ dabat̃ optio tp̃e illius priuabat̃ ſcđa, ſi ꝑueniẽte. c. đ multa, priuabat̃ ipſo facto prima, * & hic iſtud. c. remanet hodie correctũ. Sed ɔ̃ hũc cõem intellectũ facit, qđ hẽtur in ꝓœmio. Ad q̃d. n. fuit poſitũ hoc. c. cũ de aliquo ñ ſeruiat̃? Iõ, ut alias dixi, põt iſte tex. ẽt hodie ꝓcedere in eccleſiis nõ curatis, uel in uno curato, & alio ſimplici. Ex quo. n. requirit̃ reſidẽtiã, & nõ pñt ſimul ẽ iure teneri, dẽt dari optio, ut alterũ eligat, ñ obſtãtib. c. ſupiꝰ all. q̃a loquũt̃ in dignitatib. pſonatib. & eccl'iis curatis. Iſtud. c. loq̃t idiſtĩctẽ. ergo ñ dẽmꝰ recedere de iure antiquo, niſi quatenꝰ repit̃ i nouo ꝓuiſum, l. pcipimus, in fi. C. de app. & dẽmꝰ ſemp niti ad ſaluãdũ iura, quatenꝰ pt fieri ɔ̃grue, ut c. cũ expediat, đ ele. li. 6. & ꝓ hoc uide qđ no. Ol. cõſ. 220. & hoc
4 ſemp notabis, & facit qđ dixi in c. ſi. ṡ. ti. pxi. † In gl. 2. in fi. uult gl. q̃ rõne ɔ̃ſuetudinis c hic ualuit appl'o, omiſſo medio, & ſic no. q̃ ɔ̃ſuetudo pt opari circa ea, q̃ ſunt đ circũſtãtiis, ſeu de accidẽtib. alicuius actus, ut eſt tex. cũ gl. 2. de cõſue. li. 6. & uide tex. in c. Romana, de app. e. li. ubi pbat̃ dictũ gl. Sed aduerte, q̃a hoc eſt diuinare, q̃ hic eẽt cõſuetudo, iõ hic potes dicere, q̃ hoc ñ fuit exceptũ; & non diuinãdo hẽs
d hic caſum, q̃ ualet appl'o omiſſo medio, ſi nõ excipiat̃, d & dixi latius in c. dilecti. ṡ. de appel. & ad hoc ſcias allegare iſtũ
5 text. In gl. in uerb. quam malueri, ibi, quod non credo, nõ ta bene hoc dictũ gloſſ. quòd conſtitutio odioſa ſpecificè prouidens

prouidens



1 prouidens contra Epiſcopum nõ debet extendi ad alios ſacerdotes. Idem dic cõtra, arg. c. quia periculoſum, de ſentẽ. exc. li. 6. & facit quod dixi ſuper ru. de uita & ho. cler. & c. ſtatutum de ele. li. 6. Et in fi. gl. pondera hoc dictum gl. quia poteſt adduci ad id, quod ſupra dixi, q̃ hæc conſtitutio nõ ſit mutata, niſi reſpectu rerum eccleſiaſticarum curatarum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia & dignitates non poſſunt nec diuidi, nec permutari ſine ſuperioris authoritate. 2. 3.*
4 *Laicus poteſt habere præbendam, quando non eſt annexa canonicatui, canonicus uero non poteſt eſſe.*
*Præbenda annexa canonicatui, eſt quid ſpirituale, ſeparata uero non.*
5 *Si duo recipiuntur ad unum canonicatum, efficiuntur duo canonici, etiam ſi ſuperent numerum: ſecus ſi ad unam præbendam.*

CAP. VIII.

a 1 MAioribus. a † Prohibet̃ ẽt diuiſio pbendarũ & pmutatio dignitatum: uel ſic. Præbendæ & dignitates nõ dẽnt diuidi, nec ẽt pmutari. h. d. In prima ponit cã prohibitionis. In ſecũda ꝓhibitio, ibi, *idcirco*. Caſus lĩalis. Quidã plati beneficia minorũ clericorũ diuidebant in plura bñficia, maioribus in ſua integritate manentibꝰ. Cõciliũ Turonẽſe vidẽs, qđ erat iniquũ, ſtatuit q̃ eccleſia ſeruet vnitatẽ ſine aliqua ſectione in minoribꝰ bñficiis, ſicut in maioribus, vt de cętero nulla diuiſio fiat pbendarũ aut et dignitatum. Ber. Not.
2 † primo, qđ q̃dã beneficia dicũt̃ minora, & q̃dã maiora. Appellat q̃dã maiora Epatus: minora pbẽdas. Io. An. dicit poſſe dici, q̃ q̃dã ſunt maiora, q̃dã media & q̃dã minora. maiora ſunt Epatus: media Abbatię, & alii pſonatus: minora pbendę. No. 2. hic unã rľam negatiuã, q̃ dignitates, ſeu beneficia nõ dẽnt pmutari; intellige, niſi ex cã & ſuperiorum authoritate, ut in gl. nec pbẽdę, ſeu alia beneficia dẽnt diuidi.
3 † In. 2. gl. in fi. Ex hac gl. colligunt̃ duę ſolutiões, & per conſequẽs duo intellectus ad hoc ca. Primus eſt, ut nõ fiat diuiſio pbendæ ſine cã; vnde cã non exiſtente ex vna pbenda non debent fieri duę, ut hic: ſed ex legitima cã ſic; & ſic intelligitur ca. uacante. ỹ. eo. Et ſm hunc intellectũ intelligitur iſte tex. vt nõ fiat diuiſio, ſ. vt ex vna fiant plures. Secũdus intellectus, q̃ primò ꝓhibet̃, ne duo recipiant̃ ad vnã pbẽdã: q̃a cũ ſit vnicũ ius & indiuiſibile, nõ dẽt eſſe titulus duorũ, in. c. tuę. ỹ. e. ſed ex cã bñ poſſet vna diuidi in plures, ut ſic ſint plures tituli. & hãc ſolutionẽ tenet Inn. q̃ dicit pbendã nõ diuidi, licet aliqua de tẽporalitate ſibi retineat, & alteri pbendæ indigenti tribuat; ꝓ hoc. c. cũ oẽs, de conſti. vbi mandat, q̃ pbendę equiparent̃. Nã ſm Inn. pbenda eſt nomẽ iuris: q̃a nõ ſolũ conſiſtit in tẽporalitate, ſed inhęret iuri canoniæ; & ſic remanet unũ ius, licet aliq̃d de tẽporalibꝰ ſibi detrahat̃, & notabis ſemꝑ hoc dictũ, & vr̃ velle, q̃ pbẽda ſit ius ſpirituale. Et ꝓ hoc vr̃ tex. ĩ. d. c. dilecto. ỹ. eo. ubi appellat pbendã ius ſpirituale vnicũ & indiuiſibile.
4 † Sed aduerte, q̃a malè intelligit̃ hoc dictũ, & vr̃ gl. in ɔ̃riũ in. c. cũ. M. conſti. q̃ dicit, q̃ pbenda pt cõferri laico, cũ conſiſtat in tẽporalitate. unde pt laicus eſſe pbẽdatus, ſed nõ canonicus; & ſic tranſeunt ibi doct. ergo nõ eſt ius ſpirituale, ſicut hic dicit Inn. & vr̃ tex. in. d. c. dile. Sed pro concordantia debes animaduertere, qđ q̃nq; in eccleſia pbendę non ſunt diſtinctæ: ſed omnia bona ſunt cõmunia. Et ꝑ capitulũ aſſignat̃ iſti unũ pdiũ in pbẽda, & alteri aliud, uel q̃d ſimile, uel etiã ſunt pbendæ diſtinctę, ſed nõ ſunt annexæ canonicatibus: q̃a nõ eſt ibi numerus canonicorũ; & iſtis caſibus & ſimilibus pbenda eſt q̃d mere tẽporale, & dr̃ a pbeo pbes. talis pbenda pt dari ẽt laico; & ſic intellige notata in. d. c. cum. M. Q̃nq; pbendæ ſunt diſtinctæ & annexę canonicatibꝰ; ut q̃a certꝰ eſt numerus canonicorũ & pbendarũ, & q̃libet prębẽda inhęret ſuo canonicatui; & hoc caſu intellige. d. c. dilecto, & dictũ Inn. hic. Nã canonia eſt quoddã ius ſpirituale cõpetens canonico ex receptione ſua. Nã rõne connexitatis pbenda dr̃ ius ſpirituale, q̃a habetur reſpectus non ſolum ad temporalitatem, ſed ad ius canonicum connexum, quod eſt ſpirituale, & hæc talis præbenda non poteſt conferri laico, niſi ſeparetur prius a iure canoniæ.
5 † Et ex iſtis inſertur ad deciſionem quęſtionis, quam ponit hic Innoc. Quæritur enim, quid ſi duo recipiantur ad unam prębendã ſimpliciter ſeu ad vnam canoniam? & dicit, quod ſi duo recipiantur ad unam canoniam, ſeu canonicatum, multiplicatur ipſo facto ius canoniæ, ita, quod ſunt duo canonici, & habent ius canonię diſtinctum, ita, quod ſi erat ibi numerus canonicorum, eſt ruptus: quia ex quo vacante numero receperunt duos, uidetur a creaſſe aliud ius de nouo, & de hoc uidetur textus in. d. c. dilectus infra e. & dic, ut ibi. Si autem duo recipiuntur ad unã prębendam, non tenet receptio quo ad prębendam, quia cum prębenda etiam conſiſtat in tẽporalitate modo prędicto, non uidetur facta diuiſio præbendarum, quia opus eſt facto, ſicut cõſiſtit in facto, facit. l. quod in rerum. §. ſi. ff. de legat. 1. In iſtis enim quę ſunt facti, non ſufficit animi deſtinatio ad diuiſionem, ſed oportet, quòd interueniat contrariũ factum quia nil tam naturale, quã quod unum quodque uinculum ſoluatur eo modo, quo ligatum eſt, vt. l. nihil tam naturale, ff de regu. iur. ſecus eſt, ut dixi in iure canonicatus, quia eſt incorporale. Vnde ſola animi deſtinatione poteſt multiplicari.

SVMMARIVM.

1 *Receptus in canonicum debet habere præbendam, ex qua poſſit uiuere, & ſic uidetur, quod canonicus poteſt quis eſſe, ſed non ſit beneficiatus, de quo debet ſibi poſteà prouideri. 2. & interim habet uocem in capitulo, & facit omnia, ſicut alij. 3.*
4 *Conferre beneficia non eſt propriè donare, uide infra eo. c. inter cætera, nu. 3. & 8.*
5 *Canonicus poteſt eſſe quis in una eccleſia ſine præbenda, quando habet in alia eccleſia prælendam, imo non poſſet habere duas prębendas etiam ex diſpenſatione Epiſcopi.*
6 *Beneficia uacatura nullo modo poſſunt conferri ab inferiore a Papa propter uotum captandæ mortis.*
7 *Canonicus ſi unus fuit primò receptus a capitulo, alter poſtea a Papa, uterq; ſine præbenda, præbenda primo uacatura eſt danda ſecundo recepto, quia a Papa.*
*Canonicus receptus authoritate capituli non poteſt excipere contra receptum authoritate Papa, quod non fecerit mentionem de receptione ſua, & ſic ſurreptitiè impetraſſe.*

CAP. IX.

1 REl atum. † Receptus in canonicum ex prouiſione capituli debet, quando facultas ſe obtulerit habere prębẽdam. Pręmittit & ſubmittit cauſas mandati ipſum mandatũ interſerendo. Caſus literalis. Archiepiſcopus Cantuarienſis inſtituit in eccleſia ſua magiſtrum Iacobum in canonicum & in fratrem, & promiſit eidem conferre primã prębendam, quæ in eccleſia ipſa uacaret & aſſignauit eidem aliquam portionem quouſq; præbendam aliquam integram conferret eidem. ſed cum poſtmodum in eccleſia ipſa prębendę uacaſſent, Ar-

SEBA. SAPI.
a Maioribus. Vide, quod per iſtum tex. dicit ſignanter Car. in cle. ſi. §. ſi. in antep. q̃õ. & iure patr. & ad materiam uid' dictum Io. de Ana. in ca. audiuimus, in. 4. col. ỹ. de collu. quod refert Feli. in. c. ad audientiã. 2. in. 2. col. ṡ. de reſcr. uidelicet quod Epiſcopus poteſt pro bono pacis ordinare vt detur aliq̃d alteri parti, debet tamen iſtud ordinare per uiam quantitatis pecuniæ, uel bladi, nõ aũt per modum quotæ, puta ut des ſibi tertiã uel quartam partem, quia eſſet ſcindere beneficium contra hanc decre.

a SEBA. SAPI. Canoniæ.uide Abb.in.c.dilectus,primo.j.e.& in. c.pro illorum,in.4. no. infra eo.
b Vocem in capitulo.Adde Fede.conſi. 209.Ber.
ZACHARI. Adde Iac.Rebu.in.l.unicuiq;nu.1. & qđ ibi poſuit Cal.in apo.ad ipſum in uer.ultra numerũ ſtatutorum.C. đ prox.ſa. ſcri. li. 12. ꝓ quo eſt caſus ad literã in.l.1.§. qđ autẽ, C. đ coll. illi.lib. 11. quem ad hoc all. An. Cor.ſing. ſuis in uer.ſup nu merariis,inci.qui eſt ſup numerariꝰ
SEB. SAPIA.
c Conferre.Limita, & declara,ut colligitur ex not.per Ab.in.c.ſuis,j.eo.
d Prouiſio. Limita hoc non procedere, quando alicui collegio prouideretur de beneficio uacaturo, qa ceſſat in eo uotum captandæ mortis. Ita do. Abbas in c. cum ueniſſent, in.2. co.in uer.oppon.& uidetur.s. de reſti. ſpo. Aenæas de Falco.
SEB. SAPIA.
d Prouiſio. uide Bart.& Moder. in l.fi.C.de pac. Decium in.c.ex parte.1.in.1.no.s.de offi.deleg. & Fel. in.c.nonnulli,co. 10.ver.fallit quartò,s.de reſcri.ubi dicit,ꝙ ad hoc,ut ualeat conceſſio præbendæ uacaturæ hominis certi, oportet, ꝙ Papa utatur clauſula de plenitudine poteſtatis, & nota caſum, in quo inferiores a Papa poſſunt concedere præbendam uacaturam, uidelicet quando habent ius conferendi canonicatum, quia ſi conferant, debet illi,cui eſt collatus, prouideri de præbenda proxime uacatura, ita not. Abb.in.c. cum.M. Ferrariẽ. col.pen. ſupra de conſtit.aliter tamen ſentit Deci.
e Contrarium eſt uerũ. Adde quod uoluit Cal. conſi. 2.eo.titu.

chiepiſcopus ñ adimpleuit ſuã ꝓmiſſio-
nem, vnde iſte Iacobus acceſſit ad papã,
& expoſuit ei, qualiter Archiepš ſe ha-
buerat erga eũ. Scribit Papa Archiepõ
dicẽs, qđ poſt, q̃ dictꝰ Iacobꝰ eſt inſtitu-
tus canonicus in ipſa eccleſia, & ꝓmiſſa
eſt ei p̃benda primò vacatura, dignũ eſt,
vt integrã hẽat p̃bendã; vnde mãdat ipſi
Archiepõ,quatenꝰ ſi dictus Iacobꝰ eſt in
eccleſia canonicè inſtitutꝰ, & in choro,
capitulo,& aliis,quorũ cõmunis eſt vſus,
hẽat ſicut canonicus poteſtatẽ, ei p̃ben-
dã,ſi qua vacet,vel q̃ primò vacare cõti- 7
gerit,aſſignet,ſm ꝙ ipſe ꝓmiſit;qa incõ
ueniens eſt,vt p̃bẽda careat, q in canoni
2 cũ eſt receptus.B. † Not.primò quod qs
p̃t eſſe canonicꝰ abſq; eo, qđ hẽat p̃ben e
dã.& maxime hoc ꝓcedit, vbi nõ eſt cer
tus numerus canonicorũ,ſed p̃bẽdæ ſunt
2 certę & diſtinctę.†No.2.ibi:*capitulũ &c.*
quòd ius intereſſendi in capitulo & dan
di ibi vocẽ nõ cauſat ex collatione p̃ben
a dę,ſed ex iure canoniæ [a]:canonicus verò
ſine p̃benda licitè dat uocẽ in capitulo;
& ita facit tãquã canonicus; & hoc indu
biè ꝓcedit, vbi nõ eſt certus numerꝰ.nã
p̃t qs dici ſupnumerarius;ſed oẽs habẽt
ęquale ius.De ſupnumerariis verò, utrũ
b hẽant vocẽ in capitulo,[b] dic,vt not.ĩ ca.
cũ.M.de cõſtitutionibus,& capitulo di-
lectus,j.eo.No.3.ibi:p̃bẽdã, ſi qua vacat
&c. quòd in iſta eccleſia erat determina
tus numerus p̃bendarũ: alias p̃benda nõ
poſſet uacare, vt in.d.c.dilectus. j. eo.Et
ex hoc colligit̃, qđ poſſibile eſt numerũ
p̃bendarum determinatũ eſſe in eccleſia,
4 & nõ numerũ canonicorum. † Not., ibi:
*concedas liberaliter*, iuncta gl.fin. ꝙ p̃latus
in cõferendo beneficiũ iſti, uel illi, dicit̃
uti liberalitate quadã. Licet.n.teneat̃ ↄ-
c ferre [c]:nõ tñ iſti,uel illi. vñ liberalitas ẽ
in alicui conferendo.Nã ꝓprie, ut dixi,
in ſe non eſt liberalitas;& uide text.in.c.
fi.de offi.vica.qa appellat collationẽ do
nationẽ: nõ tñ eſt vera donatio ſimpl̃r.
Et ideo dicit gl.23.q.6.c.fi. qđ epš dr̃ da
re p̃bendã,nõ autẽ donare. Nã ꝓprie do
natio eſt qñ nulla neceſſitas urget donã
di,ſed ſolũ liberalitas.l.1.ff.de dona.hic
autẽ eſt neceſſitas in cõferẽdo,licet non
5 ſubſit reſpectꝰ certę p̃ſonę.† Vltimò no.
ibi nõ ẽ cõgruũ &c.ↄ recipiẽtes aliquos
ĩ canonicos ſine aſſignatiõe p̃bẽdarũ. Vr̃
.n.hoc incõgruũ,licet receptio teneat:ſđ
ĩtellige hũc tex. qñ canonicꝰ iſte receptꝰ
nouiter ñ haberet alibi p̃bẽdã: alias hic
licitè eẽt canonicus ſine aliqua p̃benda:
imò eẽt iuri exoſum,qđ in diuerſis eccle
ſiis haberet duas p̃bẽdas; & idẽ Inno.in.
c.fi.s.tit.ꝓxi.vbi notabiliter dixit,quod
Epš diſpenſare p̃t,qđ canonicꝰ p̃bendatꝰ
in una eccleſia,ſit canonicus ſine p̃benda
in alia eccleſia:ſed nõ p̃t diſpẽſare,ut ſit
ibi p̃bẽdatꝰ,ex quo ſibi prima prębẽda ſufficit: ſed reſpectu
canonicatus p̃t:qa eſt utile eccleſię habere plures conſilia-
6 rios,& ſic intelligit c.ſanctorũ.70.diſ.& hoc no.ſemp.† In
gl.1.in fi. An autẽ hodie ſit correctũ hoc ca.p ca.2.đ cõceſ.
d p̃b.li.6.ubi dr̃,ꝙ nec directe, nec ĩdirecte valet ꝓuiſio [d] ad
vacatura beneficia,dic,qđ nõ,ut ibi no. in gl. quã uide.Dic
ergo,qđ ꝓuiſio ſiue receptio in canonicũ qualitercũq; fa-
cta,nõ valet,qa p̃ſtat votũ captandę mortis:ſed ſi recipitur
in canonicũ,ſiue ſit facta ꝓuiſio p̃bẽdæ,vel nõ; dẽt ſemper
habere p̃bẽda nõ ex vi ꝓmiſſiõis:qa eſt nulla, ſed rõne ca-
noniæ,ſeu canonicatus:qa,ex quo eſt canonicus,incõgruũ
eſt,ut ſit ſine p̃benda.An autẽ iſte receptꝰ authoritate Epi,
ſeu capituli hẽat ius affectiue ad p̃bendã uacaturã, dic qđ
nõ:qa,ut dixi,inferior a Papa nõ p̃t dare ius, maximè affe-
ctũ ad p̃bendã,ſeu beneficiũ vacaturũ,& ꝓ hoc iſte tex.nam
hic vacauerat p̃bẽda, & fuerat aliis collata:alias iſte nõ eẽt
cõqueſtus Papæ;& de hoc p Inn.plenius in.c.inter cætera.
7 j.e.† Et ex hoc determinat̃ q̃ſtio:pone qđ Titiꝰ fuit receptꝰ
in canonicũ ex ꝓuiſiõe capituli,poſtmodũ fuit receptꝰ Sem
proniꝰ ex mãdato Papę.q̃rit̃, cui debeat̃ p̃benda primò va-
catura?vr̃ qđ primò recepto,arg.ca.eũ q,đ reſcri.li.6.ſed ↄ
e riũ eſt uerũ [e]:qa illud.c.ꝓcedit,qñ primò & ſecũdò receptꝰ
habent ius pariter affectũ,ſed in caſu noſtro receptꝰ autho
ritate capituli nõ hẽt ius ad p̃bendã vacaturã,ſed ſolum ad
petendũ, ut ſibi ꝓuideat̃ de p̃benda;& hodie eſt tex. in.c.hi
q,co,ti.li.6.Nũquid autẽ receptꝰ authoritate capituli poſ-
ſit excipere ↄ impetrãtẽ apoſtolicũ,ne recipiat̃;Inn. hic in
ſtat,& cõcludit,ꝙ p̃t excipere de ſurreptione literarũ;qa ſi
Papa ſciuiſſet,ñ cõtuliſſet,ſeu ñ ſcripſiſſet,niſi priꝰ foret iſti
ꝓuiſum,ſed poſt receptionẽ nõ p̃t excipere. Hoſt. & cõiter
doct.tenent oppo.dicentes non eſſe neceſſe facere mentio
nẽ in lr̃is apoſtolicis de recepto authoritate capituli,alias
poſſent canonici facilè illudere Papã & euacuare eius pote
ſtatẽ;& hoc cõiter obſeruat̃.Et iõ ampliꝰ nõ inſiſto, & ma
ximè hodie,cũ inoleuit clauſula tollẽs ius acq̃ſitũ ad rem
ſed dictum Inn. poſſet forte ꝓcedere in caſu huius capituli
qñ Papa prius mandauit pro recepto authoritate capituli.

### SVMMARIVM.

1 *Clerici non poſſunt reditus eccleſiarum ſuarum debitos quibuſdam rectoribus nec diuidere,nec minuere.2.4.*
*Eleemoſyna quando ſit danda ſub præcepto peccati.*
3 *Auaritia dicitur quadam idolatria, & mater omnium malorum.*
5 *Monachus eſt antiquior,quam inſtitutio aliorum religioſorum.*
6 *Penſio alicuius beneficij ſi quæritur augmentari,& clerici nolunt, quo caſu poteſt ſuperior ſine eis facere augmentum.*
*Conſenſus ſi non præſtatur ab illo,qui habet præſtare ſine iuſta cauſa,aditur ſuperior.*

## CAP. X.

1 *AVaritiæ.* † Religioſi reditus eccleſiarũ ſuarũ
diminuere nõ pñt reſpectu portio
nis,q̃ debet̃ rectoribꝰ, ſeu uicariis, nec parochias
diuidere.h.d.Prĩo ponit̃ exceſſꝰ, ſcđò correctio.
Scđa,ibi:*ideoq;*.Caſus lr̃alis.Quidã monachi canonici regu
lares certas pẽſiones đ eccleſiis ſuis ꝑcipere annuatĩ cõſue-
uerũt,ſed ipſi portiões & antiquos reditꝰ, quos clerici ipſa
rũ ecclarũ ꝑcipiebãt,diminuebãt, & parochias ſuas diuide
bãt ſine cõſenſu Archiepi ſui.unde mandat Papa p̃dictis re
gularibꝰ,quatenus ſi quas portiões,uel antiquos reditꝰ cle
ricorũ ſine cõſenſu Archiepi diminuerũt, uel parochias di
2 uiſerunt,ad integritatẽ priſtinã dẽant reuocare.B.†No.1.
qđ licet eccleſia ſit ſubiecta religioſis quo ad tẽporalia; nõ
tñ pñt religioſi ad libitũ alterare ſtatũ antiquũ eccleſię:ſđ
tenent̃ ↄſeruare rectores,ſeu uicarios illarũ eccleſiarũ ĩ an
tiquo ſtatu;& ſic ſibi ñ pñt augere pẽſionẽ,ubi certã pẽſio-
nẽ a principio erant ſoliti recipere, nec poſſunt diminue-
re portionem ſolitã dari illis rectoribus.Qñ autẽ religioſi
habeant eccleſias ſubiectas quo ad tẽporalia,dicã latẽ ĩ.d.
c.đ monachis.j.eodẽ,& intellige hoc.cap. ꝓut ibi dicetur.
†No.



3 †No.2. ꝙ auaritia eſt idolorum ſeruitus.auarus.n. uidetur
cõmittere idolatriã, & ſeruir̃ quodãmodo,idolis qa auarꝰ
magis diligit nũmũ q̃ deũ.vñ maiorẽ reuerẽtiã adhibet au
ro,ꝙ ipſi creatori.47.di.ſicut.& viđ ibi pulcherrimũ tex.an
& qñ qs peccet non elargiẽdo eleemoſinã,& uide gl.1.q.2.
cũ oẽs,& alibi dicit tex.ꝙ auaritia ẽ mater cũctorum malo
rũ.23.di.his igit̃, & alibi appellat̃ cecitas:vt ĩ c. auaritiæ ce
citas,đ ele.li.6.nã excecat mẽtẽ hoĩs,ut agẽda nõ uideat &
ꝓ hoc c.quorũdã e.ti.li.6.& dicit Tullius qđ nihil deterius
auaritia,p̃ſertim in principibus, & rẽpublicã gubernãtibꝰ,
& in ſenibus vr̃ quoddã mõſtrũ.vñ multũ notabiliter dicit
Seneca,qđ nihil ẽ turpiꝰ auaritia ſenili:ẽ.n. quaſi mõſtrũ đ
ficiẽte uia augere uiaticũ, i.deficiẽte uita augere patrimo-
niũ.†No. ꝙ licet eccleſia ſit ſubiecta p̃lato inferiori quo ad
4 tẽporalia,ñ tñ p̃t inferior ipſam eccleſiã diuidere,ſi.eiꝰ pa-
rochiani:ſed diuiſio ꝑtinet ad epm,in c. ſicut unire,de ex-
ceſ.p̃la.& in cle.ne in agro.in §. ad hoc. de ſta.regu.† Vlti-
5 mo põderãt hic doc.in ſupraſcriptione,ꝙ canonici regula
a res[a] p̃ferunt̃ monachis. Sed dicit Abb.hoc ꝓcedere,qa hic
tractat̃ de uitio auaritię,quaſi uelit dicere,ſecꝰ eſſe ubi no-
minarent̃ aliq ad aliqđ laudabile exercitium,nihil allegat,
ſed uide bo.tex.in c.deꝰ q.s.de uita & hone.cle.ubi prius no
minãt̃ monachi ſcđo canonici regulares:tertio alii religio
ſi,& ex ordine illiꝰ tex.habes arguere p̃rogatiuã ĩ aliis,pro
hoc facit ꝙ mõachi ſeu mõachorũ ĩſtitutio fuit antiquior,
q̃ ĩſtitutio canonicorũ regulariũ, uel aliorũ religioſorũ,&
uide ꝓ hac rõne bonã gl.ĩ c.quorũdã,p̃alleg.tene menti ex
hoc dicto Abbatis, qđ cũ aliq notãt̃ de aliquo uitio,debet
prius noĩari,nõ dignior, ſed ille q magis ẽ infectus, ſecus ĩ
9 actu uirtuoſo, & ſic limita gl.in d.c.quorundã.† In gl.2.in
fi.Circa hãc ultimã qõnẽ inſtant doc.circa duo.Primo qd
ſi clerici eccleſię ↄdicunt diuiſiõi ſeu augumẽtatiõi pẽſiõis.
Scđo qd ſi archiepš talis eccleſię ſeu epš diœceſiſñ vult cõ
ſentire.Et dimittẽdo opi.ueritas ẽ hæc,ſi clerici ↄdicũt cã
legitima nõ ſubſiſtẽte, nõ obſtat eorũ ↄdictio, vñ ſuperior
poterit hoc facere ſine eis,vt ĩ c.3.j.đ ecc.edi.& no.ĩ c.cõſti
tutꝰ,de relig.do. ſecꝰ ubi ſubeẽt cã legitima,ar.ĩ c.1.de reb.
ecc.nõ alie.li.6. Quo ad ſcđm dic ꝙ ſi ſupior ñ vult cõſenti
re p̃t adiri eiꝰ ſupior, ut eũ ex cã legitima cõpellat ad con-
ſentiẽdũ.j.de iure patro.ĩ c.nullus.Et no. ex hoc qđ archi-
epš nõ ſuccedat epiſcopo nolenti conſentire, ſed dẽt eum
compellere ad conſentiendum, nõ tamen debet aliquid ac
ceptari in præiudicium eccleſiæ uacantis defenſore legiti-
mo ſibi non dato,ut in dicto c.1.&c.

### SVMMARIVM.

1 *Prælatus & capitulum poſſunt beneficio uacanti certum onus imponere quod habeat ſubire ille cui beneficium confertur,& iſta oneris impoſitio debet confirmari a papa.2.*
3 *Clericus non debet compelli ad celebrandum miſſam unius ſancti in toto anno,quia per hoc dimitteret miſſas in ferijs conſuetis.*
4 *Clericus non debet inſtitui in aliquo beneficio cum hoc quod quotidie celebret, quia non ſemper poteſt ſe reperire diſpoſitum ad celebrandum, ſed ſi fuerit aliter inſtitutus,recepit determinationem ut celebret quanto frequentius poteſt ſalua honeſtate ſua.*
*Sacerdos pollutus in ſomno non debet celebrare pro illa uice.*
5 *Clericus inſtitutus in beneficio,ut ſemper in eo faciat reſidentiam poteſt hoc non obſtante ingredi religionem,& ſe propter neceſſaria abſentare.*
6 *Beneficiatus non poteſt reſignare beneficium ſine licentia epiſcopi, uel conſenſu patroni.7.*
8 *Sacerdos recipiens pecuniam quia celebrauit ad inſtantiam alicuius, peccat, non tamen committit ſimoniam.*
*Canonicus qui uadit ad ſeruiendum cum hac intentione, ut recipiat portiones quotidianas committit ſimoniam mentaliter.*
*Sacerdos non poteſt licite a ſuis parochianis pecuniam accipere pro ſpiritualibus,etiam in caſu neceſſitatis in qua maneret ipſe ſacerdos.*
*Parochiani compelluntur ſubuenire preſbitero, ſi aliter non habet unde uiuat.*

## CAP. XI.

1 *SIgnificatum.* † Poſſunt prælatus & capi-
tulum præbende uacãti ho
neſtum onus imponere ad quod præbendarius te
neatur.h. d. Primo ponit̃ ordinatio tria cõtinẽs.
Scđo cõfirmatio cũ limitatiõe. ibi,quo
niã.Caſus lit. Quędã p̃bẽda ſacerdota
lis uacauit ĩ quadã eccleſia, p̃poſitus &
& capl̃um illius eccleſiæ cõi conſenſu &
uolũtate ſtatuerũt ut qcũq; ad ipſã prę
bẽdã eligeret̃ miſſã đ ſãcta Maria quo
tidie celebraret niſi eẽt corporis ĩfirmi
tate grauatꝰ nec eccleſiã dimitteret ſine
cõſenſu p̃poſiti & capl̃i,& qđ iura illiꝰ
p̃bẽdę nõ alienaret quo facto electꝰ eſt
qdã ſacerdos ad ip̃am p̃bẽdã,p̃poſitꝰ &
capl̃um petiuerũt a papa ut ĩſtitutionẽ
ipſiꝰ deberet cõfirmare & dñs papa ipſã
confirmauit ita ꝙ ſacerdos ille aſſidue
dẽat officiũ ſuũ ĩpẽdere ipſi eccl̃iæ, niſi
fuerit infirmitate grauatꝰ,& quãto fre-
quẽtiꝰ poterit ſalua honeſtate ſua miſſa
rũ ſolẽnia celebrare,nec liceat illi offi-
ciũ ſubtrahere illi eccleſiæ, nec ad aliã
2 ſe trãsferre.B.†No 1.qđ patronꝰ ẽt ec-
cleſiaſticꝰ nõ p̃t in inſtitutione benefi-
cii apponere certũ modũ celebrãdi diui
na,nec reſtringere aliter inſtituendũ in
illo beneficio,ſed hoc explicare & inſti
tuere ꝑtinet ad ſupiorẽ,iõ iſti petierũt
cõfirmationẽ a papa & allego tibi text.
magis expreſſum in c.cũ dilectus,de cõ-
3 ſue.& Inn.in c.3.ne p̃l.uic.ſuas.†Not.2.
art.opt.& quaſi expreſſum, qđ ſacerdos
nõ dẽt arctari ad dicẽdũ miſſam đ uno
b ſancto[b] p totũ annum, nec vr̃ ꝙ ꝑꝑ has
miſſas peculiares, ſeu priuatas, debeat
omitti miſſa de feria p̃ſertim ꝑ totum
annũ,ad hoc c.qdã,de cele. miſſ.uñ pa-
pa hic noluit cõfirmare illã inſtitutio-
nẽ quo ad iſtũ articulũ ſđ ſimpliciter di
cit ut teneat̃ celebrare miſſarũ ſolẽnia,
4 & idẽ dic ſi hodie cõtingeret. † No.3.ꝙ
illicita ẽ inſtitutio bñficii, ſi bñficiatus
arctat̃ ad celebrãdum quotidie miſſam,
qa ſæpe daret mãm peccãdi, cũ facile ñ
cõtĩgat ſacerdotẽ quotidie deuotũ exi
ſtere ad celebrationẽ, nã ſatis ẽ fęlix q
põt digne unã miſſã quotidie celebra-
re.vñ Aug.talẽ celebrãtẽ quotidie,non
laudat nec uituperat, de cõſe.diſ.1.in c.
ſufficit, & ideo ſi cõtingeret hodie hoc
modo beneficium ĩſtitui, debet talis in
ſtitutꝰ recipere interpretationẽ ab iſtis
tex.vt celebret quãtũ frequẽtius p̃t ſal-
ua honeſtate ſua ac debita deuotione.
Quid em̃ ſi pollutus in ſomno eſt, dẽt
enim abſtinere, de quo dic ut habes bo.
tex.cũ gl.6.di. c.teſtamẽtũ.Itẽ qd ſi nõ
hẽt ueſtimẽta,uel calicẽ honeſtũ vel qd
ſimile,certe honeſtas ↄdicit,& idem dic
de ſimilibꝰ ĩpedimẽtis q̃ pñt occurrere.
Et ex hoc & ex tex.p̃t colligi ꝓ & con-
tra,qđ habẽs beneficium ſacerdotale te
netur celebrare quanto frequentius po
teſt ſalua honeſtate &c. Vltimo not.qđ
5 †non ualet inſtitutio beneficii arctans
beneficiatum ad non dimittendum un-
quam illud beneficium, ſed debet intel
ligi quod non dimittat cauſa uolunta-
tis, uel cauſa transferendi ſe ad aliam
eccleſiam, nam primo illa inſtitutio
impediret propoſitum religionis, nam

a Canonici regulares. De hac materia copioſe tradit Feli. in rub.s. de maio. & obe. uer.monachi p̃cedunt, uide tamen etiam tex. præferẽtem canonicos regulares,in c. ut lex continentię. 27.q.1.
b De uno ſancto. Adde Ro. cõ.339. ubi ponit an capellanus teneatur quotidie dicere miſſam ſpecialẽ pro mortuo qui fundauit capellam.
ANT. FRAN.
Circa hoc quod hic deus, an capellanus teneatur celebrare miſſam ꝓ anima conſtruentis capellam quotidie,dicas uidendum eſſe per do. Car.in cle.1.in §. fi.đ reli. do. & in cle.2.đ re iud.ubi ponit in quibus locis oratoriis, uel capel. poſſint & debeant miſſe celebrari & quę miſſe debeãt celebrari & inter reliqua dicit ꝙ miſſa ĩ altari hoſpitalis nõ p̃t celebrari in feſtiuitatibꝰ ſolẽnibus, dicit ẽt ꝙ miſſa mortuorũ dẽt celebrari ſine pace. ad ꝙ etiã ui de gl.in c.pacem, de confir.di.2.

ſacerdos p̄t petita licētia licet nō obtē-
ta intrare religionē, ut in c. licet, đ reg.
Itē dēt poſſe ſe abſentare ꝑꝑ vtilitatē,
ſeu neceſſitatē eccleſię ac ꝓpriā, vt in c.
ex parte. ſ. de cleri. nō reſi. Et ex p̄dictis ī
ferẽ ad ſolutionē oppoſitiōis, q̄ pōt for
mari ꝯ iſtū tex. ī eo, ꝙ p̄p̄ in cōfirmatiōe
mutauit cōuētionē partiū, ſeu īſtitutio
nē factā ꝑ iſtos clericos: nā vr̄ qđ hoc n̄
debuit fieri: qa ꝯct⁹ uincūt legē in rr̄a ꝯ
ct⁹, de reg. iur. li. 6. & in l. 1. §. ſi cōueniat.
ff. de poſſ. Sol. dicit Inn. ꝙ papa fuit hic
poti⁹ interpretat⁹ hāc conſtitutionē q̄
mutauerit, uel ſm̄ alios, qđ ipſe refert,
reſpicientia religionē, uel celebrationē
& ſimilia, p̄t ſuꝑior ī cōfirmatiōe muta-
re, ēt ſi illa al̄s ſint licita: vn̄ hic p̄p̄ muta
uit tria. ſ. reſpectu celebrādi miſſā đ ſā
cta Maria &c. Itē reſpū celebrādi quoti
die, & reſpectu nō recedēdi, de eccleſia,
vt patet ex p̄dictis, hoc fecit cā honeſta-
tis, ut colligiẽ, ex p̄dictis, ſed ubi ꝯuētio
cōcerneret tꝑalia, & eēt al̄s licita, n̄ dēt
ſuꝑior eā īmutare, ex quo legitīe facta
eſt. Ex p̄dictis p̄t colligere modū & pra-
cticā ꝓcedēdi in inſtitutiōib⁹ bn̄ficiorū
q̄ diſponunẽ in teſtamētis quotidie, vel
5 uet̃ a p̃latura. † Sed hic dubitat̃ ꝑ doctores, nunquid electus & confirmatus, nondum conſecratus ſit remouendus ex toto pp morbum incurabilem ſuperuenientem? Vin. tenuit hic, ꝙ ſic, cum iſte adhuc non habet plenum ius, cùm reſtet conſecrationis munus, a quo remoueri põt ꝑ exceptionem, ut in c. ſuperbis. ĩ. de accuſatio. ſed ꝯrium ipſe ſentit in c. fi. de corpor. uitia. motus ꝑ c. cum in cunctis. s̃. de elect. in §. inferiora, uer. hoc ſanè. ubi patet, ꝙ ſi propter infirmitatem non poteſt quis promoueri ad ordinem requiſitum, non debet a beneficio remoueri. Dicit hic Ioã. And. ꝙ fortè illud dictum intellexit non in epiſcopis: iſtud in epiſcopo; & uidetur placere dño Ant. ut iſte remoueatur. Ego dubito per c. 2. de tranſlatio. p̃lato. ubi dr̃, ꝙ conſecratio non addit ad uinculum coniugale; vnde, ex quo ſine culpa promoueri non põt, indignum eſt, ut remoueatur, ut in d. uer. hoc ſanè; ſecus, ſi culpa ſua incidiſſet in infirmitatem, arg. c. 1. de æta. & quali. In glo. ibi: *paſtoralis*. Et de hoc uide, qđ ibi no. gl. & uide gl. in uer. uoluerunt, in d. c. uno, lib. 6. ubi plenè habetur de coadiutore epiſcopi.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutor quis ſit, & qualis eſſe debeat, & unde dicatur, & cuius ætatis eſſe debeat. 3.*
2 *Coadiutor non poteſt eſſe laicus in ſpiritualibus, niſi ex permiſſione Papæ.*
*Laicus poteſt excommunicare, & eſſe commiſſarius in cauſa ſpirituali ex permiſſu Papæ.*
3 *Papa an teneatur confiteri peccata ſua proprio ſacerdoti, uide remiſſiuè.*
4 *Religioſus poteſt eſſe coadiutor illi officio, cui poteſt principaliter præeſſe.*
*Religioſus poteſt promoueri ad uicariatum alicuius epiſcopi.*
*Coadiutoris officium expirat mortuo naturaliter, uel ciuiliter illo, cui in officio coadiuuabat.*
5 *Coadiutor datur epiſcopis & ſuperioribus a ſolo Papa: aliis uerò ab aliis ſuperioribus.*

SEB. SAPIA.

a Quòd Rector eccleſiæ. qui dicant̃ ꝓpriè p̃lati, tradit Feli. in c. 2. co. fi. in gl. fi. s̃. de iudiciis.

SEB. SAPIA.

b Ex culpa ſua. Faciũt nota. in c. ex literis, in gl. 2. ĩ. de homi. ubi ſolũ ſcãdalũ ſine culpa facit haberi aliquẽ ꝓ irregulari. Et dicit Bal. in l. 1. ff. de offi. eius, cui mãd. ẽ iuriſd. ꝙ pp euitãdũ populi ſcãdalũ punitur nõ puniẽdus.

ZACHA.

c Poterit tũc remoueri. Add̃ Car. in c. niſi cum pridẽ, s̃. de renũ. Fel. in c. ſup eo. Mod. in c. ex literis, el 1. ĩ. de homi. & Lud. Ro. ſin. 794. inci. M. Ep̃s.

CAP. VI.

**Conſultationibus.** Breue eſt, & nõ ſummat̃. Nota ꝙ ĩ dignitatibus ĩferioribus ꝓ uidẽdũ eſt ꝑ dationẽ coadiutorũ; & ĩtellige, ubi archi. haberet multa explicare. Nã ĩ qbuſdã locis multũ adiuuat officiũ epĩ; iõ appellat̃ oculus epĩ in c.1. de offic. arch. Et ut habeat̃ mã coadiutoris, q̃rã poſt doctor. † & primò qd ſit coadiu-
1 tor? Dic, ꝙ is q dat̃ ex cã, iuris, uel iudicis authoritate ad coadiuuãdũ officiũ p̃ſidẽtis. Et dr̃ coadiutor a coadiuuãdo, ſicut tutor a tuẽdo, & ꝓcurator a ꝓcurando. Secũdò q̃rit̃, qualis debeat eſſe coadiu-
tor. dic, ꝙ debet ꝯſiderari officiũ, ad qđ deputat̃. Si.n. deputat̃ in tẽporalibus tm̃, tũc debet eſſe ꝓuidus & diſcretus ita, ut tẽporalia bñ ſciat regere & gubernare. ſi uerò dat̃ in ſpiritualib⁹, puta ad curã animarũ, tũc debet hr̃e ſciẽtiã, ꝑ quã ſciat populũ regere; & aliàs ſit diſcretus & honeſtus. Et in ſumma põt dici, ꝙ hr̃e debet reqſita ad illud officiũ, in quo deputat̃ coadiutor. Iõ ſi dat̃ regi, debet eſſe magnanimus & potẽs, ꝓut hr̃ in c. grãdi, de ſup. neg. p̃lat. li. 6. Tertiò q̃rit̃ cuius ętatis eſſe debeat. cõiter ꝯcludit̃, ꝙ debet eſſe illius ętatis, q̃ reqrit̃ ĩ adminiſtratione illius officii. vñ, ſi dat̃ curator, debet hr̃e 25. annos. & vr̃ exp̃ſſum in c. nemo deinceps, de elect. li. 6. Si dat̃ epõ, debet cõplẽuiſſe 30. annũ: qa hãc ętatẽ dẽt hr̃e eps̃, ut in c. cũ in cũctis, de elect. dicit tñ Ioã. An. de hoc ultimo ſe dubitare; & ita trãſit. Ego dicerẽ, ꝙ aut deputat̃ epõ in tẽporalibus dũtaxat; & vr̃ ſufficere, ꝙ habeat 25. annos, ꝙ illa ætas eſt ꝑfecta quo ad adminiſtrationẽ tẽporalẽ. Nã ĩ tali ætate põt eſſe tutor & curator & ꝓcurator. l. fi. ff. de leg. tut. ĩ c. q gñaliter, de ꝓcura. li. 6. Sed ſi deputat̃ ĩ ſpiritualibus, tũc poſſẽt ꝓcedere primũ dictũ, ut reqrant̃ 30. anni: qa illa ętas eſt multũ matura, q̃ requiri debet in adminiſtratione officii ep̃alis, cũ multa ardua acturus ſit. & aduerte, qa ſi nõ eſt eps̃, nõ poterit exercere põtificalia, licet iuriſdictionẽ ep̃alẽ tm̃. Si uerò aliàs eſt eps̃ poterit hęc exercere, arg. c. aquã, de cõſe. eccle. uel alte. † Quartò
2 dubitat̃, nũqd laicus poſſit deputari coadiutor? & cõiter tenet̃, ꝙ deputari nõ põt
a illi officio, cui p̃eſſe noĩe ꝓprio nõ põt:[a] ſed officio, cuius eſt capax, poterit coadiutor deputari. Vñ põt eſſe coadiutor Regis, uel Principis, ut in d. c. grãdi: ſed non põt eſſe coadiutor clerici in ſpiritualib⁹: qa laicus ſpiritualia adminiſtrare nõ p̃t, ut in c. 2. de re iud. nec in tẽporalib⁹: qa nõ debet eſſe laicus gñalis adminiſtrator eccleſiæ. 89. diſt. iudicatum; dixi in d. c. 2. Puto tñ, ꝙ Papa poſſet eũ deputare coadiutorẽ ẽt ĩ ſpiritualibus. Nã põt dare laico p̃tãtẽ excõicãdi, ut no. gl. 32. q. 1. c. uerũ, in c. bñ qdẽ. 96. diſt. & cõmittere cãm ſpiritualẽ, ut not. in d. c. 2. ſed ea, q̃ cõpetũt ſoli ſacerdoti, ut eſt cõfectio euchariſtię, nõ põt Papa cõmittere laico, ut not. dicit gl. in c. puenit. 95. diſt. qa Deus hoc cõmiſit ſolis ſacerdotib⁹, ut ĩ c. 1. § una, ſ. de ſacra unctio. vñ licet Papa ſit ſolutus legib⁹ ſuis; nõ tñ eſt ſolutus lege diuina. 25. q. 1. ĩ c. ſunt qdã; & uide qđ dixi ĩ c. ſignificaſti, de fo. cõpe. Vbi tetigi, nũqd Papa teneat̃ cõfiteri peccata ſua; ita, ut ꝯſtitutio. c. oĩs, de pœni. & remiſ.
3 eũ liget. † Quintò q̃rit̃, nũqd fœmina poſſit deputari maſculo: vel ecõ: aut fœmina fœminę. Ad primũ cõiter tenet̃, ꝙ nõ: tũ qa fœmina nõ debet ſe ĩmiſcere cœtibus uirorũ, ut in c. mulieres, de iudi. lib. 6. tũ, qa iſtud officiũ eſt virile, qđ nõ cadit in fœminã. c. dilectus, de arb. Maſculus aũt nõ vr̃ poſſe deputari in officio fœminę ꝓp primã rõnẽ: ſed fœmina fœminę põt deputari in officio, in quo põt eſſe ipſa principalis. Vñ monialis põt deputari in coadiutricẽ Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ, cũ poſſit eſſe Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa. Nã hoc
4 caſu iſtud officiũ nõ eſt virile, cũ cadat in muliere. † Dubitat̃ & ſextò de religioſo, nũqd poſſit deputari coadiutor, & cõiter vr̃, ꝙ põt deputari illi officio, cui p̃eſſe põt principaliter; & ſic põt eſſe coadiutor epĩ, abbatis, & rectoris curati. Nec obſtat, ſi dicat̃, ꝙ hoc officiũ nõ eſt ꝑpetuũ: quia mortuo p̃lato ciuiliter uel nãliter, eſt extinctũ officiũ ſuũ; & ſic cũ nõ deſinat eſſe clauſtralis, & ſub obediẽtia ſui abbatis, nõ vr̃, ꝙ poſſit ꝓmoueri, cũ nõ habeat uelle: ſed dependeat a uolũtate abbatis. 12. q. 1. c. nolo. Ioã. And. hoc nõ obſtãte tenet primũ; & cõiter oẽs doct. dãt ſimile. Na uidem⁹, ꝙ ꝓmouent̃ ad uicariatũ alicuius epĩ: qđ qdẽ officiũ eſt tẽporale iuxta not. in cle. & ſi principalis, de reſcript. Eſt eñ hoc officiũ curatũ & ordinariũ; ad hoc c. ex frequẽtib⁹. ĩ ti. 1. Nec obſtat ſcdm eũ, obiectũ cõtemplationis. Nã toleranĩ ꝓp bonũ publicũ, ſeu maius bonũ. Nam officiũ monachale nõ eſt p̃ferendum neceſſitati eccleſiæ, ut dicit tex. 16. q. 1. c. uos, & c. q uerè. Nec obſtat defectus ꝓpriæ uolũtatis: quia ſupplet̃ ꝑ licẽtiã ſui ſuperioris; & ad hoc optimè facit tex. in c. 2. de teſt. li. 6. ubi deputat̃ executor teſtamẽti cũ licentia ſui ſuperioris. illi aũt officio, cui p̃eſſe nõ põt principali-
5 ter, nõ põt coadiutor deputari. † Vltimò q̃ro, ꝑ quẽ debeat deputari coadiutor? cõiter tenet̃, ꝙ in epĩs & ſuperioribus deputatio ſpectat ſolũ ad Papã; & hoc eſt clarũ, ut patet in c. uno, p̃alleg. In aliis citra epm̃ ſpectat ad eũ, q põt p̃latũ inuitũ deſtituere, ſeu ipſius ceſſionẽ admittere. Nã quẽadmodũ ſolus Papa deponit epõs & ſuperiores, ita & ipſe ſolus coadiutorẽ dare põt: ſecus in aliis, cũ poſſit deſtitui ꝑ alios citra Papã. Sed not. quia doct. ſentiunt ex his uerbis, ꝙ ſi collatio bñficii ſpectet ad p̃latum inferiorem epõ, ꝙ datio coadiutoris pertinebit ad epm̃; quia habens collationem tantùm non poteſt inuitum deſtituere, nec admittere renuntiationem iuxta no. in cle. unica, de renun. & intellige, niſi beneficium illud pleno iure eſſet ſubiectum illi prelato inferiori. Nam tunc ille eſt quaſi epiſcopus reſpectu illius beneficii, ut in c. unico, de ca. mo. lib. 6.

a Non poteſt. Adde qđ uoluit Ro. conſil. 256.

# De inſtitutionibus. Rubrica.

Continuatur ad præcedentia. Suprà uiſum eſt de collatione præbẽdarum: ſed quia parum eſt conferre, niſi ſequatur inſtitutio; ideò ſubijcitur hæc Rub. de inſtitutionibus. uel aliter, & ſic: Quia dubitari poſſet, ad quem pertinet collatio, ſeu inſtitutio p̃bendarum & beneficiorum; ideo poſt Rubricam de p̃bendis, ſubiicit hanc Rub.

SVMMARIVM.

1 *Clerici, quorum numerus non eſt determinatus in eccleſia, debent tot inſtitui, quot poſſunt de reditibus eccleſiæ ſuſtentari. 2.*
3 *Clericorum & eccleſiarum appellatione non ueniunt monachi, nec monaſteria.*
4 *Commodè uiuere & ſine penuria uiuere, differunt inter ſe.*
5 *Reditus eccleſiæ uel præbendarum ſi augmentatur, an augmententur præbendæ, uel numerus earum?*

CAP.



CAP. I.

1 **Non amplius.** † Numerus clericorũ debet inſtitui in eccleſiis collegatis ſcdm facultatẽ ipſarũ. h. d. † Not. primò, ꝙ in ec- 2
2 cleſiis, vbi numerus nõ eſt determinatus, ſuccedit quędam iuris determinatio, ut tot recipiantur, quot p̃nt ſine penuria ex reditibus eccleſiæ ſuſtẽtari. Et tene mẽti iſtũ tex. qa quotidie allegat̃; & collige bonã practicã ꝯ Prælatos qui intuitu auaritiæ nolunt inſtituere multos monachos,
a uel clericos in eccleſia. Nã p̃nt cõpelli per ſuperiores[a] eorũ, ut tot ponãt, quot p̃nt de reditibus eccleſiæ ſuſtentari, & ñ tradas obliuioni hoc. Et intellige ẽt, ꝙ habeat̃ reſpectus ad alia onera eccleſię. Nã ex reditibus eccleſię nõ ſolũ clerici ſunt paſcẽdi, ſed ẽt ipſa eccleſia eſt reparanda, & hoſpitalitas ſolita tenenda eſt, in. c. paſtoralis, de his, quę fiunt à Prę-
3 la. & in c. de monachis, ſ. de p̃bẽ. cum ſi. † No. 2. arg. ꝙ appel-
b latione clericorũ[b] ſeu eccleſiarũ nõ ueniunt monachi, ſeu ipſorũ monaſteria; qđ verũ eſt in ſtricta ſignificatiõe: aliàs ſecus, vide gl. in. c. 3. de ſupp. negl. p̃l. † No. ibi abſq; penuria. Satis. n. eſt, ꝙ ſine penuria ibi eẽ poſſint, licet ñ cõmodè. Nã ſępe põt quis ſine penuria uiuere cũ 40. florenis, ſed nõ cõmodè. Vide ad. hoc bo. gl. in. c. 1. de ſta. reg. lib. 6. in fi. & hodie ibi determinat̃ in monaſteriis monialiũ, ut nõ teneat receptio facta ultra, q̃ ſuppetãt facultates monaſterii. Vltimò potes colligere exceptionẽ proponẽdã ꝯ impetrantẽ in eccleſiis ñ numeratis; ut qa reditus eccleſię non ſufficit ad tm̃
5 numerũ ſupportandum; & facit c. fi. de pręſum. † In gl. 1. ibi; *a numero conſueto.* Aduerte, nã hæc gl. ꝓcedit in eccleſia, in qua eſt certus numerus canonicorum, quo caſu ꝓp modicũ d augmẽtũ, nõ debet alterari numerus. Et dicit Vin. ꝙ augmẽtũ tenetur diuidere ĩ alias p̃bẽdas. d. Ant. dicit, ꝙ cedit cõi menſę. Sed tu cõſidera, ꝙ qñq; augmẽtat̃ reditus p̃bẽdarũ diſtinctarũ; & tunc augmentũ cedit p̃bẽdæ, q̃ augmentatur, iuxta no. in. c. cum. M. de conſti. Qñq; p̃bẽdæ nõ ſunt diſtinctę: ſed oĩa bona ſunt cõia, & in fine anni reditus diuidunt̃ 3 inter canonicos; & tunc ꝓcedit dictum Vinc. Quandoq; vltra prębendas diſtinctas augmentant̃ cõia bona capituli; & ꝓcedit dictũ d. Ant. ſed in caſu. c. noſtri, tot ſunt ponendi, quot congruè p̃nt ſuſtentari. Nã iſte tex. loquitur in eccleſia non numerata.[c] vnde tunc aduertendum, ꝙ ubi reditus multum excreſcunt, poteſt numerus conſuetus augmẽtari, ut in gl. non tamen eſt fractus ipſo iure, ut in c. fi. de uerbo. ſigni. & dic ut plenè not. in. d. c. cum M.

SVMMARIVM.

1 *Laici non poſſunt in canonicos inſtitui, quia ius ſpirituale non cadit in laicos poſſunt tamen habere præbendas ſimplices, quia conſiſtunt in tẽporalitate.*
2 *Numerus canonicorum à quo debet ſtatui tam in eccleſia curata, quàm non.*
*Clerici non poſſunt facere ſtatuta ſuper arduis ſine conſenſu Epiſcopi, in negotijs uero tangentibus ipſos clericos poſſunt.*
3 *Epiſcopus non poteſt explicare ardua ſine conſenſu capituli, in alijs uero ſufficit conſilium.*
5 *Canonicus debet eſſe ſubdiaconus, alias non habet uocem in capitulo.*
6 *Monachus poteſt eſſe laicus & intereſſe ſingulis tractatibus monaſterij una cum alijs, qui ſunt clerici.*
*Laici poſſunt eſſe, uel interuenire in electione alicuius Prælati etiam de conſuetudine, niſi eſſent laici habitu & profeſſione, prout ſunt monachi laici, uel conuerſi, alias ſecus.*
7 *Laici non poſſunt præſcribere iura ſpiritualia, niſi ſint laici conuerſi, quia iſti non ſunt ſimpliciter laici.*
*Conuerſi non interueniunt in actibus ſpiritualibus ubi ſunt clerici, in alijs uero ſic.*

CAP. II.

1 **In Eccleſia.** † Laici in canonicos non poſſunt inſtitui. Primò deciſè narrat factum. Secundò prouidet, ibi: *cum laici.* Caſus liter. In quadam eccleſia erat cõiter certus numerus canonicorũ. tandem vacauerunt ibi quædam prębendæ. In eadẽ eccleſia quidam laici erant intitulati. quærebatur, utrum tales laici deberent computari in numero clericorum, ut numerus reputaretur plenus? Reſpondet Papa, ꝙ laici non debent in clericorum numero computari, ne differant numerum canonicorum adimplere de perſonis idoneis; & tales aſſumendi ſunt, per quos in diuinis a Deo congruè ualeat deſeruiri. B. † No. 1. ibi: *inſtituere curaſtis*, ꝙ alius citra Papam poteſt ſtatuere numerum canonicorum in eccleſia. Qui autem hoc facere poſſit, Inn. hic dicit, ꝙ in eccleſiis cathedralibus hoc pertinet principaliter ad Epiſcopũ, ſed in aliis collegiatis inferioribus pertinet ad clericos illius eccleſiæ. Fatetur tñ ꝙ ſi malè inſtituerũt, Epiſcopus poterit corrigere, & ita tranſeunt cõiter docto. Sed mihi hęc dicta non placent indiſtinctè. nã cũ ſtatuere numerũ in eccleſia ſit dare nouũ ſtatum ipſi eccleſiæ, dicerem ꝙ eccleſia inferior nõ põt facere tale ſtatutum ſine cõſenſu ſui Epĩ. Nã & ipſemet Inn. alibi uoluit, ꝙ clerici inferiores non p̃nt facere ſtatuta ſine conſenſu Epĩ ꝓp cõionẽ, quę eſt inter Epm̃ & ipſas eccleſias. Nam Eps̃ eſt p̃latus, ſaltẽ mediatus cuiuslibet eccleſię inferioris ſuę diœceſis, & per eũ gubernãdæ ſunt eccleſiæ, 10. b q. 1. ĩ. c. regenda. & c. nouerint: & hoc uoluit no Inn. in c. requiſiſti. ĩ. de teſt. & ſ. de conſti. & in. c. cũ acceſſiſſent, & notabis hoc dictũ bñ. Crederẽ tñ hoc dictum reſtringendum ad ſtatuta ſuꝑ arduis[d] negotiis. Nã ſuꝑ tãgẽtib⁹ ipſos clericos dũtaxat, & nõ ſtatũ eccleſię, ſoli clerici ẽt eccleſię cathedralis ſtatuere poterunt ſine lĩa Epĩ. Ad hoc bonã gl. in. c. cõſtitutionẽ, in ver. ſtatutũ, de uerb. ſig. li. 6. & ꝑ Inn. in c. cũ cõſuetudinis, de cõſu. † Itẽ in d alio non placet dictum Inn. hic, vt ſolus Eps̃ poſſit ſtatuere numerũ canonicorũ in eccleſia. Nam puto requirendum conſenſum ſeu ſaltem conſilium canonicorum. Nam regulariter Epiſcopus non ſtatuit ſine conſilio canonicorum ut no. Ioan. Andr. in. c. 1. de conſti. lib. 6. facit. 15. q. 7. c. Eps̃ nullius; & uide Inn. in c. nouit, de his, quę fi. a p̃la. ubi tradidit regulã mẽti cõmendãdã, ꝙ ardua[e] non explicat Eps̃ ſine conſenſu canonicorũ, ſed in aliis non arduis ſufficit conſiliũ. Ad p̃dicta facit in arg. illud. c. nouit, cũ. c. quãto, e. ti. & c. paſtoralis, de dona. & cle. ſi una, de rebus eccle. nõ alien. quinimo certo caſu, quãdo uult ſtatuere ſuper iuribus pertinentibus ad clericos inferiores, dẽt ipſos clericos ſaltẽ uocare, ut no. ipſemet Inn. in. c. ueſtra, de locat. † Not. ſecundo ex tex. ꝙ ius canonię non cadit in laicũ Licet ergo poſſit laicus p̃bẽdari; non tñ. poteſt canonicari, qa p̃bẽda conſiſtit in temporalitate, ut not. in. c. cũ M de cõſti. dixi in c. maioribus, ſ. de p̃ben. Ius verò canonię conſiſtit in ſpiritualitate, quæ non cadit in laicum, ut in. c. cauſam, de p̃ſcript. & in. c. Maſſana, de elec. cum ſimi. † No. ibi: *per eccleſiaſticos ordines*, ꝙ in ꝓmouendo ad canonicatum non eſt a iure requiſitus certus ordo. Satis enim eſt, ꝙ ſit clericus. Solum enim in iure habemus expreſſum, quòd ſi non, eſt ſubdiaconus, non poteſt intereſſe capitu-

Margin numbers beside this column: 2 (at "Deo congruè"), 3 (at "Inn. in c. cũ cõſuetudinis"), 4 (at "tinentibus ad clericos").

SEBA. SAPI.
a Non poteſt. uide quod not. Bal. in l. parobolani, C. de epi. & cle. ubi dicit, ꝙ ſi ciuis prohibet eſſe officialis, non poterit eſſe locumtenens, quia nõ eſt capax illius officii. uide quæ not. Iaſ. in. § fuerat, col. 2. iſtit. de act. ubi examinat, quando ſurrogatum debeat ſapere naturam ei⁹, in cuius locũ ſurrogatur, de quo ẽt per doct. in. l. ſi eum. §. quæ iniuriarũ, ff. ſi qs cautio. & alibi ſæpe.
Per ſuperiores. Adde Oldr. conſi. 118.
SEB. SAPIA.
b Appellatiõe clericorũ. Vide Ab. in c. 1. col. 5. ſ. de iura. calum. Feli. c. non dubiũ, ĩ. de ſent. excom.
c Non numerata. Adde ꝙ de eccleſia dicitur numerata, ex quo portiones certæ ſunt aſſignatæ, ut dicit Lap. all. 14.
d Arduis. Adde, an clerici poſſint ſtatuere ſine conſenſu Epiſcopi, Abb. conſ. 7. Cal. conſi. 2. de conſti. & ibi an poſſint creare officium in eccleſia, & per eundem conſi. 14. de p̃ben.
ANT. FRAN.
Vide quæ latè habentur per ſcribẽtes, maximè per An. Sic. in. c. cum omnes de conſti.
SEB. SAPIA.
e Quòd ardua. Idẽ tenet Bal. in. l. iudicel, C. de iuri. cũ allegatis per Fel. in c. fi. §. is autem, col. 3. uerſi. utrum autem ſola, ſ. de offi. del. Et in quibus debeat requirere cõſenſum canonicorũ, tradit Feli. in. c. irrefragabili, in princ. ſ. de offi. ordi.

a lo,[a] ut in c l e.ut hi,q̃ de eta. & quali. Credo tñ, ꝙ ſm indigẽtiã eccleſię & diſpoſitionẽ ſupioris dẽt poſtea pmoueri ad ordines maiores. Nã eccleſia collegiata idiget ad ſui regimẽ pſbyteris,diaconis,ſubdiaconis, & inferiorib[9] ordinibus, & ad hos ordines fiet pmotio nõ pdicto. Et ppterea credo, ꝙ in iure nõ pligat certus ordo ipſis canonicis,& pp hoc forte hec lra loq̃ gñalr, dũ dicit p eccleſiaſticos ordines cõgruẽ deſeruiat:ad hoc qđ leg. & no.in c. q̃ris, de eta. & qual. & ob hãc cãm forte ĩ qbuſdã eccleſiis ſunt pbendæ pſbyterales,diaconales, & ſubdiaconales ad hoc.c.is cui,& c.cui,de pbẽ.li.6.& hęc notabis. Sed qa,ſ. viſum eſt, ꝙ ius canoniæ nõ cadit in laicũ,q̃d dicendum in iure monachatus?Inn.dicit,ꝙ tale ius cadit in laicũ;quod not.Põt ergo qs eſſe verus monachus[b] & laicus; ſic nõ ſolũ laici nõ pñt eſſe cõuerſi, ſed ẽt monachi. Nã antiqtus nõ erãt clerici,& nihilominus erãt monachi,vt in.l.gñalr,C.de epi.& cler.& 16.q.1.gñalr, & ſm illũ ſtatũ itelligit c. a ſubdiacono.93.diſ.Et ex hoc infert ſm Inn. ꝙ laici monachi pñt itereſſe ſingulis tractatib.[c] monaſterii una cũ aliis,qui ſunt clerici: in electionibus tñ pñt intereſſe, ſi ẽ cõſuetudo nec ob.c. Maſſana, & c.ſacroſan.de ele. ubi dr̃,ꝙ laici nõ pñt intereſſe electiõi.Idẽ ẽt de cõſuetudine;qa illud procedit in laicis habitu & pfeſſione. Sed iſti cõuerſi ñ pñt dici oĩno laici. ſunt.n.religioſæ pſonæ,arg.in c.non dubiũ,de ſẽ.exc.& 12.q.2.c. duo ſũt gña,& no.hic gl. †Et no. bñ hãc limitationẽ ad iura,quę dñt, ꝙ laici nõ pſcribũt iura ſpiritualia. Dẽt.n.intelligi in laicis habitu & pfeſſione,nõ in cõuerſis;& hodie uide p pdictis tex.cũ gl.i c.ex eo,i fi.[e] ele.li.6 Et puto,ubi eſſet collegiũ dũtaxat laicorũ cõuerſorũ, ꝙ tũc ẽt citra cõſuetudinẽ habẽt ius eligẽdi Prelatos eorũ,ut faciũt iſti hoſpitalarii;& p hoc.c.cũ olim,ſ.de arbit.ubivr̃ expſſum:ſed in loco,ubi ſunt cõuerſi & clerici,tũc cõuerſi no intererũt actib[9] ſpũalibus[d] p d.c.ex eo.ſed in aliis debẽt intereſſe una cũ clericis p ſupradicta.Nec ob.cle. ut hi,q̃ qa pcedit in his, qui ſunt mãcipati à diuinis officiis, ſ. ut qa deſeruiũt per ordines eccleſiaſticos.Il li.n.nõ hẽnt uocẽ,niſi ſint ſubdiacõi. Secus in his,q intrant,ut ſint cõuerſi,ut no. ſentit gl.quã not. p iſtis monaſteriis, in qb[9] aliq ſunt clerici,& aliq laici. In glo. fi.ibi,de laicis pfeſſione & habitu.no.gl. vſq; ad finẽ,& uult hæc gl.ꝙ laic[9] cõuerſus eccleſię poſſit eſſe canonic[9] añ, ꝙ recipiat ordinẽ.ɔ̃riũ ſentit hic Inn.& vñr hic ſeq doc.Et certẽ pro hac opi. ɔ̃ria vr̃ illa litera,vbi dr̃,ꝙ dẽt eſſe talis, ꝙ deſeruiat p eccleſiaſticos ordines,&c.ergo oportet ꝙ ſit ordinatus añ, q̃ fiat canonicus; & facit hæc litera, ꝙ cõuerſi nõ ordinati non cenſentur idonei ad ſeruiendum in eccleſiis in diuinis.Item collige ex hoc, & ex litera, ꝙ canonici tenenẽ reſidere, & ſeruire eccleſiæ p ordines eccleſiaſticos.

a Intereſſe capitulo.Adde qđ Cald. conſi.14.de conſt. dicit, ꝙ non ualet ſtatutum Epiſcopi ꝙ non exiſtens in ordine diaconali, nõ poſſit dare uocem.
SEBA. SAP.
b Monachus. Nunquid autẽ appellatione monachorũ ueniãt conuerſi,vide de Fel.in c.non dubium,col. 2. uerſi. 2.no.ſ. de ſen.exc.
c Singulis tractatibus.Adde Fede.cõſil.213.
ZACHARIAS.
d Actibus ſpirituali bus. Adde Gemi.i c.mulier.23. diſt. Imo.in.c. cum M. Fer.& ibi Fel. col. 9. ſuprà de conſti. p eundem Felin.in c.non dubium,co. 2.in fi.ſ. de ſentẽ. excõ.Fed. de Sen. conſ.47. & Ludo. Rom.ſing. 653. in ci.fuit a me quęſitum.
e Quandoq; hẽant Adde quod voluit Lapus alleg. 95.
SEB. SAPIA.
f Curam populi. Quod ius inſtituẽdi poſſit præſcribi ẽt quo ad cura ta bñficia, firmat do.Abb. in d.c.cũ olim,in.6.no.ſ.de pſcri.ſequitur ſimpliciter d.Io. Fra. Balbus in tracta. pſcript. in prima parte quintæ par tis principalis.q. 11.col.2.in fin.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio beneficiorum ſpectat ad Epiſcopos,uel eorũ officiales,adeo quod clerici propria authoritate,uel ſine ipſorum licentia inſtitui nõ poſſunt, ad alias autẽ nõ ſpectat,niſi de iure ſpeciali.2.9.nec ualeret conſuetudo in cõtrariũ.*
*Ius conferendi beneficia eſt præſcriptibile,ius uerò inſtituendi,an præſcribatur uide remiſſiuẽ.*
4 *Archiepiſcopus poteſt aliquo caſu exercere iuriſdictionem in diœceſi ſui ſuffraganei,quando ipſe eſt negligens. 10.*
5 *Clerici tenentes beneficia ſine legitimo titulo,poſſunt ipſo facto excõicari.*
6 *Excommunicatus a ſtatuto Papæ,uel inferioris à Papa,poteſt abſolui à proprio Epiſcopo,ſi ſtatuens non reſeruauit ſibi abſolutionem. Excõicatus uero ab homine non poteſt abſolui,niſi ab excommunicante. uel eius ſuperiore. 2.*
7 *Vicarius Epiſcopi ex officio ſuo poteſt inſtituere illum, qui ſuit præſentatus,ſed conferre beneficia non poteſt.*
*Præſentatus ſi eſt idoneus,debet inſtitui per ſuperiorem.*
8 *Ius inſtituendi tranſit in capitulum ſede uacante,ſed non ius conferendi.*
10 *Archiepiſcopus an & quando habeat iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum ſuorum.*
11 *Clericus habens beneficium ſine legitimo titulo,iuſto errore ductus,non tenetur ad reſtitutionem fructuum,ſecus,ubi ignorantia fuit craſſa.*

## CAP. III.

1 **E** *X frequentibus.* †Inſtitutio beneficiorum ſpectat ad Epos, uel eorum officiales.Hoc dicit.Primò abuſio: ſecundo refrenatio,ibi:*unde*.Tertiò Papæ confirmatio,ibi,*nos*. Caſus literalis. In Archiepatu Cãtuarienſi qdã praua cõſuetudo inoleuit,ꝙ clerici bñficia eccleſiaſtica recipiebãt ſine licentia Eporũ,uel officialium ſuorũ, non cõſiderantes,ꝙ illud erat ɔ̃ inſtituta ſcõrũ patrũ, & eccleſiaſticã honeſtatẽ; pp qđ Archieps uolens illam cõſuetudinem penitus extirpare, oẽs illos, qui ſcienter bñficia taliter detinebant occupata; uel q decetero pſumpſerint occupare, excommunicauit,& dominus papa confirmauit eandẽ, mãdãs,quatenus prędicti clerici, qui ſententiam ipſam incurrerunt,nullatenus abſoluantur,niſi prius ſatisfecerint.Bar.
2 †No.1.ꝙ inſtitutio in beneficiis eccleſiaſticis pertinet de iure cõi ad Epm,ut hic,& in.c.ex iniuncto.ſ. de hære. & facit ɔ̃ opi.Io.An.in c.q̃q̃,de elect.li.6.& in c.cũ in cunctis,eo.ti. ubi dicit,ꝙ collatio, ſeu inſtitutio non eſt pprie iuris epalis,cũ multi hẽant collationẽ,ſeu inſtitutionẽ nõ Epi. Nã certe hic video oppoſitũ;& ꝙ inferiores qñq; habeant,pro
3 cedit de iure ſpeciali.Ad hoc.16.q.7.oẽs baſilicæ. †Itẽ no. ꝙ non valet conſuetudo,ut bñficia eccleſiaſtica recipiantũ non Epis:ſed intelligo iſtũ tex.qñ ſuperiores legitime non preſcripſerunt.Nam ius conferendi pſcribitur per inferiorem, ad hoc capit.auditis, & c.cum olim,de præſcrip.licet dubitetur de inſtitutione quo ad curam populi[f], nunquid illa poſſit preſcribi;de quo no.in c.cum ſatis,de offi. Arch. Nec ob.ſi dicat,ꝙ iſte tex.loquitur de conſuetudine,dẽt.n. intelligi de pſcripta,iuxta no.in.c.Camana,de ele. Dico.n. ꝙ iſte tex.ſolũ reprobat conſuetudinem, ut beneficia reci-
4 piantur a non habentibus ptãtẽ. †Not.vlterius, ꝙ Archiepiſcopus poteſt in tota ſua prouincia exercere iuriſdictionem, tollendo prauam conſuetudinem,& fulminare excommunicationem in eam ſeruantes, quod etiam ſentit hic Inno.& non tradas obliuioni hoc dictum,quod limitat nota. in.c.paſtoralis,de offi.ord.Eſt enim iſte caſus,in quo Archiepiſcopus exercet iuriſdictionem in diœceſi ſuffraganeorũ ſuorum;& uide gloſſ.quæ hoc ſentit.9.q3.3. in ſum. Si ergo Epiſcopus eſt negligens in tollendo prauam conſuetudinem, poteſt Archiepiſcopus ſuam iuriſdictionem exer-
5 cere. † Item not. ſuperiorem poſſe per ſtatutum ſuum fulminare excommunicationem ipſo facto contra tenentes beneficia ſine legitimo titulo, & ſic poteſt inferior augere pęnam iuris in ſtatuto ſuo.Et pro hoc text. in c.ut animarum,de conſti. lib.6. vide gloſſ. in clem. ne Romani, de elect.& plenẽ per Ioan.And.in c.fi.de offi.Archipre. †Vlti-
6 mò no.& tenebis ſemper menti, quia nullibi credo ita ſolẽ expreſſum, ꝙ a ſententia excommunicationis lata per ſtatutum



ſtatutũ archiepi, ſeu epi põt proprius eps excõicatũ abſoluere,prius ſatisfactione pmiſſa.vñ nõ eſt neceſſe p abſolutione ire ad illũ,qui ſtatutũ edidit. Hoc probat hæc litera ſic inducẽda. Nã ſolus archieps hic excõicationem protulit: & tñ Papa mãdat oĩbus ſuffraganeis, ut illã nõ relaxẽt, niſi ſatisfactione pmiſſa; ergo pñt abſoluere,licet ipſi non excõicauerint,ſed eorũ ſuperior;& hoc tenet Io.An.hic,& in c.graue.de præb.Arch.17.diſt.ſup ſumma. Nã non debet eſſe maioris potẽtię canon inferioris,q̃ Papę: ſed a ſñia canonis Papę põt quilibet eps propriũ ſubditũ abſoluere, ſi Papa ſibi nõ reſeruauit abſolutionẽ, ut in c.nuper,de ſen. excõ.ergo fortius idẽ dicẽdũ in ſñia canonis inferioris.Secus dic in ſñia lata ab homine, i. nõ p uiã ſtatuti: qa ab illa nõ abſoluit,niſi q ea tulit,uel ſuperior;ad hoc facit c.paſtoralis.2.rñ. de off.ord.& c.cũ ab eccleſiarũ,.e.ti.tenuit in d.c. a graue.[a] Et ſic reperio Io. An. hic tenere; & ex his notabis duas bonas regulas in mã excõicationis. †In gl in uerbo, *officialium*. no.gl.iũcto tex.ꝙ vicarius epi põt ex officio ſuo inſtituere; & alibi no ita bñ pbat. Cõtra hoc facit c.fi. de off.vi.li.6. ubi dr̃, ꝙ niſi ſibi expreſsẽ cõmittat,nõ põt bñficia cõferre. Sol.illud c.loquit in collatione:iſtud in inſtitutione. Nã licet collatio & inſtitutio ſępe ſumanẽ p eodẽ: tñ in ueritate inter ſe differũt, ut dicã latius in c.ſeq. Nam pprie inſtitutio fit de pſentato p patronũ; & ſic eſt qdam collatio nõ libera : qa ex quo pſentatus eſt idoneus, debet inſtitui p ſuperiorẽ.16.q.7. c.decernimus.ſ. de iure pa.c.nobis.Sed collatio eſt libera, qñ.ſ.ſine pſentatione alicui[9] ſuperior pudet alicui de bñficio. Iſta.n. cũ ſit qdã donatio, nõ trãſit in uicariũ:qa nõ eſt veriſimile,ꝙ in generali pceſſione trãſeat ea, q̃ in ſpẽ nõ eſſet qs cõceſſurus,ut in d.c.fi.
b Sed inſtituere eſt neceſſitatis,[b] nec exercet aliqua liberali-
8 tas;meritò iſta in generali cõceſſione trãſit in uicariũ. †Simile uidemus,ꝙ ius inſtituẽdi trãſit in c.ſede uacante,in c. cũ olim,de maio.& obe.ſed nõ ſic ius cõferẽdi,in c.unico, ne ſede uac.li.6. Et hoc cõiter tenet;iõ nõ inſiſto:poſſet tñ cauillari litera, ut intelligat de illis officialibus, qbus hoc fuit ſpecificẽ cõmiſſum p hoc relatiuũ,qui.qđ habet reſtringere ad pcedẽtia iuxta no.p Bar. in l.oẽs populi, ff. de iuſt. & iur.& p Cal.in c.fi.de cleri.nõ reſi. In gl.in uer.*recipiunt*, ibi: *de iure pa. cura.* dic latius,ut ibi dicet. Ibi,de cõſenſu capituli,melius diceret, de cõſilio:qa ſic dicit tex.quẽ gl.alle-
9 gat in c.nouit. †In ea.gl.in fi. dic,ut dixi.ſ., ꝙ regulr inſtitutio ptinet ad epm:ſed de iure ſpeciali in certis bñficiis qñq; que ptinet inſtitutio ad inferiorẽ;uide bo.gl. in c.quãq̃, de
10 elec.li 6. †In gl.in uer.*officio*,ibi: *legationis*. glo.hoc adiecit metu ɔ̃rii,ſi opponeret de c.paſtoralis,de offi.ord. ubi dr̃, ꝙ archieps,niſi in caſibus a iure expreſſis,nõ habet iuriſdictionẽ in ſubditos ſuffraganeorũ ſuorũ : tñ hic excõicauit, ſeu excõicationẽ protulit in oẽs de prouincia ſua. Glo.ſoluit,ꝙ fecit tãquã legatus. Nã archieps Cantuarieñ.eſt legatus in puincia ſua ex antiquo priuilegio. Sed ɔ̃ hoc facit, qa tex.ſolũ ſe refert ad dignitatẽ archiepalẽ. Inno.& alii doc. ponũt alias ſolutiones. Et primò,ꝙ hoc potuit facere tãquã metropolitanus rõne notorietatis. Nã notoria crimina ſubditorũ ſui ſuffraganei põt archieps punire, ut in c.Romana.§.notoria,de cẽſi.lib.6. Et no.bñ hũc caſum:qa extẽdit illũ tex.nam ibi loqnt,qñ archieps uiſitat :tñ doc. cõiter hic ſentiunt, ꝙ rõne notorietatis delicti põt in ſua diœceſi exiſtẽs delinquẽtes ſua ſñia afficere. Secũda ſol. ꝙ pp negligentiã ſuffraganeorũ in extirpãdo prauã cõſuetudinẽ archieps ſuccedit in iuriſdictione.Et no.hũc caſum ge-
c neralẽ,ut ſola negligentia epi deferat iuriſdictionẽ in archiepm;& hoc tenuit gl.i d.c.paſtoralis: aliter tñ ibi tenui. Tertia ſolutio & notabilior eſt, ꝙ in cõcernẽtibus totã prouinciã põt archieps iuriſdictionẽ exercere, ẽt in ſubditos ſuffraganeorũ. Nã hic inoleuerat cõſuetudo in tota puincia,ut clerici reciperẽt bñficia ab aliis,q̃ ab epis;& hoc dictũ no.& uide qđ ſ.dixi. † In gl.pen.ibi: *tales excuſat*. Et ex e

hoc dicto gl. iũctis dictis doc.potes colligere, ꝙ habẽs bñficiũ ſine titulo legitimo,iuſto errore ductus, nõ tenet ad reſtitutionẽ fructuũ:ſecus,ubi ignorãtia fuit craſſa ; & uide qđ dixi in c. dilecto,de pbẽ.& in c.grauis, de reſtit.ſpol. †In gl.fi. in fi. uult ergo gl. ꝙ regulr nõ põt inferior abſoluere a ſñia excõicationis, quã Papa cõfirmauit; quaſi abſolutio ſibi reſeruet p confirmationẽ. Sed dic plenius cõprehẽdẽdo mẽtẽ doc. ꝙ aut ſñia cõfirmata fuit lata ab homine,i.nõ p uiã ſtatuti; & tunc procedit dictũ gl.[d] Nã p confirmationẽ aſſequit uires,ac ſi fuiſſet lata ab ipſo cõfirmãte;qa oĩa noſtra facimus, &c.ut in c.ſed ſi apoſtolicę,de pben.li.6. Nã ſi Papa tuliſſet ſñiam,nemo põt ab illa abſoluere, arg. in d.c.paſtoralis: ſed ſi ſñia fuit lata p ſtatutũ, tunc confirmatio nõ tollit poteſtatẽ aliis ſuperioribus abſoluẽdi : quia ſtatutum inferioris cõfirmatũ p Papã nõ debet eſſe maioris roboris, q̃ ſtatutũ Papæ:ſed a ſñia lata p ſtatutũ Papæ pñt epi abſoluere, ut in c. nuper; ergo fortius a ſententia lata per ſtatutum confirmatum ; qđ no. faciũt hæc ad intellectum illius.c.nuper.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitui nemo debet ultra facultates eccleſiæ , inuitis clericis, qui iſto caſu non tenentur aliquem recipere ad mandatum cuiuſcunque.*
2 *Legatus non poteſt uenire contra ſtatutum Papæ,maximè in præiudicium priuatarum perſonarum.*
3 *Clerici non ſtipendiati non coguntur in eccleſijs ſeruire.*
4 *Poſſeſſio rei transfertur per inueſtituram , quæ fit de illa re.*
5 *Electio,præſentatio,inſtitutio, collatio, & inueſtitura, quid ſint,& ad quos pertineant.*
6 *Præſentatus ſi eſt idoneus,debet inſtitui per ſuperiorem,nu.7.*
8 *Ius inſtituendi uel confirmandi tranſit in capitulum ſede uacante:ſed non ius liberè conferendi , quando collatio ſpectabat ad ſolum epiſcopum.*
9 *Per inueſtituram quando transferatur collatio , uel confirmatio,uel poſſeſſio.*

## CAP. IIII.

1 **A** *Vthoritate.* † Vltra facultates nõ debet quis inſtitui inuitis clericis eccleſię.h.d. †Not.1.ꝙ in eccleſiis, in qbus numerus canonicorum nõ eſt determinatus, nõ tenent canonici aliquẽ recipere ad mãdatũ cuiuſcũq; ultra,q̃ facultates eccleſiæ ſuppetant. Et vẽ ex verbo,ſtatuimus,arg.ꝙ legatus ẽt Cardinalis non poſſit ſupra hoc ius diſponere:qñ nõ põt uenire ɔ̃ ſtatutum Papæ in præiudiciũ priuatarũ perſonarum,maximẽ non exiſtente cã rationabili,arg.cle. ne Romani, de elect. facit qđ not. gl.in d c.dilecto,ſ.de pb.& p gl.in c.fi.de hereti. lib.6. † Nota 2.ꝙ clerici licitẽ uiunt ex e reditibus eccleſię ; quia non cogunt eſſe in eccleſiis ſine ſtipendiis. Vltimò not. ibi: *uel inuitis*, arg.opt.ex tex. pro iſtis, q recipiunt ſine prebendis , de quibus dixi in c.dilecti,ſ.eo. †In gl.in fi.nota ex gl.ꝙ p inueſtiturã pprie ſumptã trãſfert poſſeſſio rei,[e] de q̃ ſit inueſtitura,nec gl.ſetit

a In c.graue.Adde qđ ibi alleg. Fed. conſil.16. & adde Cal.cõſi.16.de cõſti.
b Neceſſitatis.Adde qđ uoluerunt do.de Ro.deciſio. 397. in nouis, de offi. ui.& in qbus ſuccedat capitulũ ſede uac.uide p d. Card.conſi.35.
ANT. FRAN.
Adde, ꝙ capitulũ ſede uac. cõfirmat electũ ſubditũ epo, ut in c.cũ olim, & ibi p do. Ant.& Abb.d ma. & obe. Et adde ꝙ licet capitulũ ſede uac. ſolũ hẽat iuriſdictionẽ ; tñ ſtatuta cõdita tũc p ipſum capitulũ durant ppetuò, ut p Pet.de Anc.in c. 1.ne ſede uac.li.6. & hr̃ p Alex. in l. fi.ff.de pœ. Et adde, ꝙ põt dare literas dimiſſorias clerico receſſuro, ut in c.nullus, de tẽp.or.&põt inſtituere pſentatũ in bñficio patronato.c. 1. de cle. ægro.li.6.nõ tñ poteſt pſentare uacãte ſede clericũ ad bñficiũ patronatũ,cuius pſentatio ptinet ad epm, ut p Spec.in ti. ne ſe de uac.in 1.col.& in uer. 79. Et de multis,q̃ põt facere capitulũ ſede uacãte,& q̃ et non põt, uide per Io. Ber.de Fir.in ſuo reper.in litera.c.i uer.capitulũ & epiſcopus põt &c.
c Negligẽtia. Adde uidedũ Fed. cõſil.158. circa medium.
d Dictũ glo. Adde Ro.conſil. 348.
e Poſſeſſio rei. Ad de qñ per inueſtiturã trãſferat poſſeſſio,Frã.de Are. cõſi.17. Rom.con ſil.352. Old. conſil.157.

ꝯriũ in fi. ſed illa pars ultima procedit, b
qñ iueſtitura ſumit̃ pro collatione, & ſic
ꝑ iuris trãslatione; & de hac mã uide ꝑ
Din. ĩ rł̃a prima, de reg. iur. li. 6. Io. And.
poſt Din. hic dicit, ꝙ inſtitutio eſt iuris
alicuius bñficii trãslatio. Inueſtitura eſt
quaſi ꝯfirmatio ipſius iuris. Inductio aũt
in poſſeſſionẽ eſt executio. Sed ſẽm hęc
dicta nõ eſſet dr̃ia inter inſtitutionẽ &
collationẽ, cũ tñ iſta differãt inter ſe, ut
5 patet in c. cũ in illis, de p̃bẽd. li. 6. †Ideò
expediendo hãc mãm latius & clarius, q̃
proſequant̃ doc. aduertendũ, ꝙ in iure ha
bemus multa uocabula. Nã primò reperi
tur electio, p̃ſentatio, confirmatio, inſti-
tutio, collatio, & inueſtitura. Electio pro
priè eſt, qñ canonici alicuius eccleſiæ eli-
gunt p̃latum; & de hac electione hr̃. s̃. de
elec. in c. 1. & ꝑ totũ. Et ꝙ ius trãsferat̃ ex
electione, uide gl. no. in c. quãto. 63. diſt.
& plenè tetigi in c. trãſmiſſam, de elec.
6 † Præſentatio uerò [a] propriè ad patronũ
a ꝑtinet, vt j̃. de iure pa. ꝑ totũ, nec trãsfert̃
aliqđ ius ſpirituale ex p̃ſentatione: ſed p̃
ſentatus, ſi eſt idoneus, debet inſtitui ꝑ
ſuperiorem. 16. q. 7. decernimus. Confir-
matio uerò ꝓpriè fit de electione. nã qa
ius eſt trãslatũ ꝑ electionẽ, nõ eſt neceſ-
ſe, ꝙ ſuperior cõferat, uel inſtituat: ſed ꝙ
tãtũ ꝯfirmet electionẽ iam factã, ut in c.
7 nihil, s̃. de elect. † Inſtitutio uerò eſt tri-
plex. propriè aũt ſumit̃ in iure ꝓ transla
tione iuris non libera a ſuperiore facta,
qñ. ſ. p̃ſentatus ꝑ patronũ inſtituit̃. Nam
ibi transfert̃ ius plenum, cũ patronus nul
lum ius ſpirituale tranſtulerit: ſed eſt illa
translatio nõ libera: quia ſuperior, uelit
nolit, tenet̃ illud ius cõferre in p̃ſenta-
tũ, ex quo eſt idoneus. Et in hoc inſtitu-
tio differt a collatione: qa collatio pro-
priè eſt iuris trãslatio libera: qa habens
collationẽ bñficii nõ tenet̃ cõferre iſti,
uel illi: ſed liberè cui uult, dummodò ſit
8 idoneus, ut in c. relatũ, s̃. de p̃ben. †Ideò
ius inſtituendi & confirmãdi trãſit in ca-
pitulũ ſede uacãte, ut in c. 1. de inſt. lib. 6.
& in c. cũ olim, de maio. & obe. Sed ius li
berè cõferẽdi nõ trãſit in capitulũ, ſi col
latio ſpectat ad ſolũ ep̃m, ut in c. uno, ne
ſede uacã. li. 6. Qñq; inſtitutio capit̃ pro
collatione libera; ad hoc c. s̃. ꝓxi. Qñq;
uerò capit̃ ꝓ inſtitutione authorizabili,
q̃ fit quo ad curã populi tãtum, ut ſi colla
tio bñficii ſpectat ad inferiorem ꝓ cura
populi nõ exẽpti recurrit̃ ad ep̃m, ut in c.
uno, de capel. mo. li. 6. Qñq; inſtitutio ca
pit̃ ꝓ inductione in poſſeſſionẽ; & iſta ꝑ
tinet ad archidiaconũ de iure cõi. Nam
poſt trãslatũ ius in bñficio archidiacon[9]
habet inducere illũ in poſſeſſionẽ corpo
ralẽ, ut in c. ad hęc, & c. ad noſtrũ, de off.
arch. Quid aũt ſit collatio, patet ex p̃di-
ctis, & idẽ patet, in quo differt ab inſtitu
9 tione. † Inueſtitura aũt qñq;, ut dicit gl.
ſumit̃ ꝓ inſtitutione corporali: qñq; ꝓ
collatione. Sed aduerte latius: qñq; pri[9]
nulla p̃cedẽte collatione fit inueſtitura:
quia dicit ſuperior capiẽdo fortè anulũ,
b vel biretũ [b] inueſtio te de tali bñficio; & tũc talis inueſtitu-
ra idẽ eſt ꝓpriè, qđ collatio: qa ſatis operat̃, ex quo trãsfert
ius in inueſtitũ, ut no. Io. An. in c. ex trãſmiſſa, de elect. Qñ-
que prius p̃ceſſit collatio, uel inſtitutio, ſeu cõfirmatio, &
ſubſequit̃ inueſtitura, puta ꝑ anulũ, biretũ, uel qd ſimile; &
tũc, ſi fit in abſentia rei, de qua inueſtitura eſt, tũc illa inue-
ſtitura eſt quaſi ꝯfirmatio iuris p̃cedẽtis, & relinquere qua
ſi bñficiũ in ſuis manibus. Nã vr̃ ſuperior, quãtũ in eo eſt, il
lud bñficiũ inueſtitũ trãsferre; vñ poterit apprehẽdere poſ-
ſeſſionẽ ꝓpria authoritate: ſed ꝑ hoc nõ trãsfert̃ poſſeſſio
corporalis: qa req̃rit̃ in apprehẽſione ipſum corpus, niſi a-
liud habeat ꝯſuetudo iuxta ea, q̃ habent̃ in c. 2. de cõſu. & ꝑ
Inn. in c. in literis, de reſti. ſpol. Sed ſi fit in p̃ſentia bñficii,
& nullus alius eſt in poſſeſſione illius, tũc ꝑ inueſtituram
transfert̃ poſſeſſio corporalis, ar. in l. qđ meo, ff. de acqui.
poſſ. & no. in d. c. ex tranſmiſſa, & in d. c. 2. Et ꝑ hoc reducas
gl. quę uident̃ ꝯrię, ad cõcordiã. Nam quidam dicũt, ꝙ ꝑ in
ueſtiturã trãsfert̃ poſſeſſio: quidã ꝙ non; & habes propriũ
ſignificatũ horũ uerborũ. In gl. fi. in fi. ſed ꝯ hanc glo. facit
tex. in c. 1. s̃. eo. ubi fuit prohibitũ in concilio generali, ne
plures ſuſcipiant, q̃ ſuſtentari poſſint ex reditibus eccleſiæ.
Et ideò dicit hic Goff. ꝙ potuerunt iſti recipere ultra facul
tatẽ, qñ poterunt ſuſtentari ſaltẽ parcius uiuendo: ſecus, ſi
cogerent̃ mendicare; qđ ſatis placet. Et uide qđ dixi in c. di
lectus, el 1. s̃. de p̃bẽdis, ubi tetigi. Nunquid capitulũ poſſit
recipere multitudinem ultra numerũ p̃bendarũ; & in mo-
nialibus, uide qđ hodie eſt decretũ in c. unico, de ſtatu. reg.
lib. 6. & intellige iſtã gl. & tex. in eccleſia, ubi nõ eſt nume-
rus determinatus canonicorũ: ſed fiũt poſitiones de redi-
bus ſẽm numerũ canonicorũ: aliàs, ubi eſſet numerus, nõ ha
bet locũ receptio defectu facultatũ: quia ante, quã numerus
reſtringatur, debet numerus adimpleri, ut in c. 2. s̃. eod.

*SUMMARIUM.*

1 *Clerici unius nationis tantùm non debent inſtitui in una eccleſia, ſed unde-*
*cunque ſint, dum tamen ſit aliàs idonei.*
2 *Collatio beneficiorum facta præter ius tenet, licet conferens peccet.*
3 *Collatio alicuius certi beneficij non debet ſemper fieri hominibus certæ cogna-*
*tionis, ne illud beneficium uideatur eiſdem debitum.*
4 *Beneficium potius eſt conferendum clericis loci, ubi eſt, quàm extraneis, dato*
*inter eos pari idoneitate.*

## CAP. V.

1 AD decorem. † Cum in eccleſiis oporteat
extraneos inſtitui, non de-
bent inſtitui clerici certę originis tãtùm, ſed un-
decunq; ſint, dum tñ ſint idonei. Primò ponit ex
ceſſum Patriarchę. Secũdò illũ corrigi mãdat, & nõ parenti
cõminat̃. Secũda, ibi; *quocirca*. Caſus lr̃alis. Patriarcha Cõ
ſtãtinopolitanus in eccleſia Cõſtãtin. inſtituebat Venetos
tãtũ, nõ conſiderãs, ꝙ q inſtitiam facit, acceptus eſt Deo, &
bñficia eccleſiaſtica ꝑ ſucceſſionẽ poſſideri nõ poſſint. vñ
mãdat Papa cuidã legato exiſtẽti in partib[9] illis, quatenus
moneat eũdẽ Patriarchã, ut clericos literatos & idoneos,
undecũq; fuerint, inſtituat in eccleſiis p̃dictis, & p̃cipuè in
maiori eccleſia; qđ ſi nõ fecerit, indignũ ſe reddet, ut iſte le
gatus cõpellat aliarũ nationũ clericos ad ſuã obediẽtiã ue
nire; nec diſſimulet, qn ſignificet hoc dño Papæ, ut ipſe hoc
intelligat, utrũ ſit uerũ, ut ipſe Patriarcha, ut dr̃, hoc ꝓmi-
2 ſerit. B. †Not. ꝙ collatio bñficiorũ nõ eſt omninò in mera
ꝑtãte ſuperioris. nã de ea diſtribuere debet; ſicut bonus pr̃fa
miliàs nõ habẽdo apud ſe acceptionẽ p̃ſonarum. licet ergo
ualeat collatio aliter facta: ſuperior tñ peccat, q nõ habet
apud ſe iudiciũ rõnis; facit c. graue, s̃. de p̃bẽ. & ſic limita ea,
q̃ habent̃ in c. relatũ, s̃. de p̃bẽ. Not. 2. ibi: *maxime in maiori*,
ꝙ in eccleſia cathedrali debent inſtitui idoneiores clerici,
q̃ in aliis; qm̃ habent multa ardua explicare cum epiſco-
pis, & faciunt unũ corpus cũ eis, ut in c. nouit, & in c. quãto.
j̃. de his, q̃ fiunt a prelat. Et nota, ꝙ põt appellari eccleſia
cathedralis, eccleſia maior. vnde licet inter eccleſias non
poſſit dici maioritas, cùm unica ſit eccleſia habens diuer-
ſa membra,

SEBA. SAPI.
a Pręſentatio uerò. Aduerte tñ, ꝙ licet p̃ſentatio & electio differãt, ut hic ꝑ Abb. tñ præſentatio hẽt uim electionis, quãdo fit a clerico rõne eccleſię ſẽm Inn. ĩ c. cũ aũt j̃. de iure pa. cũ multis allegat. ꝑ Fel. in c. cũ Bertoldus, ĩ 2. co. in fi. s̃. de re iudi.

ZACHARIAS.
b Capiendo fortè anulũ, uel biretũ. Adde iſtũ in c. inter, nu. 5. & qđ ibi notaui in apoſ. ad eũ in uer. q fuerit inueſtitus, s̃. de renunt.

SEB. SAPIA.
b Biretũ. Idẽ dicit do. Ant. de But. & Imo. ꝑ illũ tex. in c. literas, j̃. de cõceſſio. præbend.



ſa membra. 24. q. 1. c. loquit̃: tñ reſpũ maioris p̃eminentię
p̃t vna dici maior. No. 3. ꝙ clerici forẽſes reſidẽtes in certa
eccleſia, vel diœceſi tenent̃ obedire diœceſano. nã rõne do-
micilii ſortiunt̃ forum eius; ad hoc. c. fi. s̃. de foro cõp. Vlti.
not. ꝙ Deus nõ hẽt homines alicuius nationis chariores,
ſed in oĩ natione, q facit iuſtitiã, eſt ei acceptus. Alia vtilia
non p̃nt colligi ex tex. qa ſatis eſt clarus. In glo. ſuper ver.
*hæreditario*. ibi, *non facit iure ſucceſſionis*. ſed ꝯ hoc facit iſte
tex. nam hic Veneti habebant collationem a Patriarcha, &
ſic non iure ſucceſſionis, & nihilominus hoc reprobat̃ hic.
Sol. inſtituẽdo ſꝑ hoĩes certę natiõis vr̃, ꝙ illa bñficia ſint
quodãmõ debita illi nationi. vnde vr̃ collatio non libera.
3 †Ex quo inſero, ꝙ certũ bñficiũ nõ dẽt ſꝑ conferri homini
bus alicuius cognationis, ne tale bñficiũ videt̃ debitum illi
cognationi. Vnde videtur collatio non libera. Et ꝓ hoc be
ne facit tex. in c. venerabilem, de ele. li. 6. In gl. in uer. *unde-*
*cunque*, ibi, *omnes erant extranei*. & hoc iõ, qa eccleſia Conſtã
tinopolitana tunc de nouo fuit cõuerſa ad fidẽ. vñ non erãt
clerici inde geniti, ſed oportebat aſſumere extraneos. In
ea gl. ibi: *locus non ob*. not. bñ gl. quia extraneus licite p̃t in-
ſtitui in beneficio, dũmõ alias conſtet de ſua idoneitate, cre
do tñ, ubi inde geniti eſſent idonei, ꝙ non deberẽt poſtpo
ni ꝑꝑ extraneos. Pro quo uide textũ not. in c. nullus inui-
tus. 61. di. & quãquã loquatur in Epiſcopis: rõ tñ tex. eſt cõ
munis ad alia beneficia, & eſſet ualde honeſtum & fructuo
ſum, ut quiſq; in patria ſua bñficiaretur, & ſic unus non oc-
cuparet bñficia, vel ſtipendia alterius, nec daretur materia
de pauperandi beneficia, & inducuntur facilius ad reſiden-
tiam tales indigenę, q̃ extranei. Alię glo. ſunt faciles.

*SUMMARIUM.*

1 *Ius inſtituendi poteſt pertinere ad non Epiſcopum de iure ſpeciali, nu. 10.*
*Poſſidens pendente iudicio proprietatis eſt tuendus in poſſeſſione ſua.*
2 *Inſtitutio in beneficiis, & cuſtodia beneficiorum uacantium pertinet ad Epi-*
*ſcopum loci de iure communi nu. 10.*
3 *Conſuetudo diſponens illud, quod ius commune, uidetur ei aliquid addere.*
4 *Epiſcopus poteſt cum conſenſu capituli ſui concedere iura pertinentia ad di-*
*gnitatem ſuam, & iſta conceſſio non poteſt per ſucceſſorem retractari.*
5 *Verba generalia ad complacentiam alicuius non inducunt obligationem, ſeu*
*diſpoſitionem.*
*Placet, iſtud uerbum importat arbitrium boni uiri.*
6 *Sententia per quam adiudicatur poſſeſſio alicui, an ſit diffinitiua, uel interlocu*
*toria? num. 22.*
7 *Confeſſio emanata cum certa qualitate poteſt per aduerſarium acceptari, re*
*iecta dicta qualitate, num. 12.*
8 *Poſſeſſio alicuius rei iuuata uera præſumptione ſufficit ad repellendum pro-*
*prietarium illius rei, niſi declaret defectum tituli præſumpti, licet regulariter*
*ſola poſſeſſio non proſit contra proprietarium.*
9 *Iudex poteſt ex officio ſuo concedere reſtitutionem eccleſiæ, uel minoribus etiã*
*non petentibus.*
11 *Cuſtodia beneficij uacantis pertinet ad illum, qui habet ius illud conferendi,*
*uel inſtituendi.*
*Præſcribens principale uidetur præſcripſiſſe ſuum acceſſorium.*
13 *Conceſſio an in dubio præſumatur realis, uel perſonalis.*
14 *Iuramentum præſtitum per prælatum in alienatione iurium eccleſiæ præiudi-*
*cat ſibi, ſed non eccleſiæ.*
15 *Prælatus indebitè alienando bona eccleſiæ ſine iuramento poteſt ipſemet uenire*
*contra dictam alienationem.*
16 *Prælatus, qui dum alienauit, in contractu iurauit non contrauenire, nec petere*
*reſt. in integ. pro eccleſia, nihilominus ſi eccleſia eſt læſa, poteſt iuramento nõ*
*obſtante petere reſt. in integ. nu. 18.*
*Prælatus non poteſt ſponte a ſe abdicare titulum prælaturæ, nec per iuramen*
*tum ſe obligare ad non adminiſtrandum.*
17 *Prælatus ſi cõmittit delictum aduerſus dominum, priuatur feudo in uita ſua,*
*poſt uerò reuertitur ad eccleſiam, quando. ſ. feudum pertinebat ad menſam*
*prælati.*
19 *Exceptio abiurationis ante, quàm probetur, non obſtat agenti interdicto, uti*
*poſſidetis.*
20 *Petitorium ſi eſt intentatum, poteſt iudex tueri reum in poſſeſſione, ſi in pro-*
*ceſſu negotij conſtat ſibi reu poſſidere.*
21 *Petitorium & poſſeſſorium ſi ſimul intententur, una ſententia debent termina*
*ri, niſi prius conſtet iudici de poſſeſſione, quo caſu primò pronuntiabitur ſu-*
*per poſſeſſorio.*
22 *Solemnitates iudiciariæ de neceſſitate non obſeruantur, quando litigatur co-*
*ram Papa.*
24 *Iuramentum litis deciſorium, quod præſtatur in ſup-*
*plementum ꝓbõnis, parit actionem ſẽm utrunq; ius.*
25 *Iuramentum confirmatorum contractus alias prohi-*
*biti uel permiſſi nullam producit actionẽ, ſed agitur*
*uigore contractus & actione deſcendente ex eo.*
*Iuramentum appoſitum ſuper aliquo contractu non fa*
*cit mutare forum, ſed accumulare forum foro, & eſt*
*in optione actoris coram quo iudice uelit agere.*
26 *Iuramentum obligationis inductorium poſitum ſuper*
*obligatione naturali præcedente producit actionem*
*ſecundum utrunque ius.*
*Iuramentum extraiudiciale, quod fit inter partes, nul*
*la inter eas interueniente obligatione, ſaltem nuda,*
*eſt ſufficiens ſecundum utrunque iu, ut ex eo agatur*
*ad eius obſeruantiam.*
*Vſuræ & concubinatus ſunt prohibitæ, uel prohibiti*
*hodie de iure etiam ciuili.*
27 *Iuramentum poteſt remitti à parte parti.*

## CAP. VI.

a CVm ueniſſent. [a] †Inſti-
1 tutiões
& cuſtodię poſſunt de iure ſpe
ciali ad non Ep̃m pertinere: &
pendente lite cum diœceſano defenditur
in poſſeſſione. h. d. vel ſic. Si poſſidet ius
inſtituendi is, ad quem de iure cõi non
ſpectat, pendente iudicio proprietatis in
poſſeſſione defenditur. Diuiditur in tres
partes. In prima ponitur allegatio pro
Archiep̃o. In ſecunda allegatio pro Ar-
chidiacono, ibi, *inter alia*. In tertia inter-
locutio, & ſub certa forma diffinitiue cõ
miſſio, ibi, *nos igitur*. Caſus liter. inter Ar
chiepiſcopum Eboraceñ. ex una parte, &
Arch. Richimundię quæſtio uertebatur
ſuper inſtitutionibus perſonarum, & cu-
ſtodia eccleſiarum vacantium. Quę quę
ſtio dum deuoluta eſſet ad ſedẽ apoſto-
licam, ex parte Archiepiſcopi fuit propo
ſitum, ꝙ inſtitutio perſonarum & cuſto-
dia eccleſiarum uacantiũ ſpectabant ad
ipſum in diœceſi ſua tam de iure cõi, q̃
de conſuetudine generali. Verùm quidã
anteceſſores ipſius cõmiſerunt quibuſdã
Archi. Richimundiæ perſonaliter tam
inſtitutionem, q̃ cuſtodiam; Vnde pete-
bat procurator Archiepiſcopi, vt Archi.
illas dimitteret liberas & quietas. Ex ad
uerſo reſpondebatur, ꝙ Archiepiſcopus
non perſonaliter, ſed realiter perpetuò
conceſſit tam inſtitutionem, q̃ cuſtodiã
Archidiac. qui tunc erat de conſenſu ca-
pituli ſui, & Archidiaconus ipſe fuerat
in continua poſſeſſione iſtarũ dignitatũ
& aliarum libertatũm temporibus mul-
torum Archiepiſcoporum & Archid. &
ipſe Archiepiſcopus ſine qualibet condi
tione Archidiaconatum ipſum conceſ-
ſit eidem, ſed poſt conceſſionem dicebat
Archiepiſcopus, ꝙ conceſſerat eidem
Archidiaconatum, exceptis inſtitutio-
ne & cuſtodia eccleſiarum. Pręterea dice
bat Archiepiſcopus, ꝙ Archi. abiurauer-
rat illas dignitates. Do. Papa his & aliis
auditis, interlocutus fuit, ꝙ Archidi.
defendendus eſſet in poſſeſſione ipſarũ
libertatum, donec ex parte Archiepi-
ſcopi probaretur, ꝙ libertates prędictę
conceſſę fuiſſent Archidiacono perſona
liter, cum in hoc caſu, tam ante cõceſſio-
nem Archidiaconatus, q̃ poſt, & in ipſa

SEB. SAPIA.
a Cum ueniſſent. Iſtum text. in uer. ipſe uero, inducit Fel. in c. 1. s̃. de p̃ſcripti. pro dicto quodam Hoſti. ut ibi per eum.

cōceſſiōe Archieps dictas dignitates po-
tuit licitè retinere,uel donec ꝓbatū fuit c
Archidiaconū illas abiuraſſe.Sed in iſto
caſu ſi cōceſſio fuit realis,nihil utilitatis
accreuit Archiepō;qa papa ad petitionē
Eboraceñ.eccleſię , uel ēt ꝑ ſeipſum Ar- 8
chidiaconatui ꝓuidebit.Si ergo alteru-
trū iſtorū fuerit ltīmè ꝓbatū, ſilentium
imponat Archid. ſuꝑ libertatibus illis,
& ſi neutrū ꝓbatū fuerit,imponat ſilētiū
2 Archiepō.B.†Not.1.arg.optimū ex tex.
& quaſi expreſſum,ꝙ inſtitutio pſonarū
inſtituēdarū in bñficiis,& coſtodia bñfi-
ciorū vacātiū đ iure cōi pertinet ad epm
loci.Pro hoc.16.q.7.oēs baſilicæ;& uide
gl.in c.q̄q̄,de ele.li.6.& c.cū ex iniuncto
3 in fi.j.de hære.†No.2.ibi:*de conſue.&c.*ꝙ
conſuetudo p̄t cōcurrere cū iure cōi , &
illud reddere fortius , & ſic conſuetudo
diſponēs id,qđ ius cōe, vř aliqd addere;
concor.c.ſopitæ.j.dę cēſi. & facit ad ma
4 teriā.c.1.de cōſti.li.6. †No.3.Epm cū cō
ſenſu ſui capli poſſe cōcedere inferiori di
gnitati iura pertinētia ad dignitatē ſuā.
Et not.ꝙ cōceſſio ſemel facta ꝑ vnū Epm
cū conſenſu capli nō p̄t reuocari ꝑ ſuc-
ceſſorē.No.4.ar.optimū ex tex.ꝙ Archi
diac. de iure cōi nō hēt cuſtodiā eccleſia
5 rū uacātiū.Itē not.ꝙ verba gñalia ꝓlata
ad cōplacentiā alicui⁹ nō inducūt obliga
a tionē ſeu diſpoſitionē [a]. Ad hoc quoti-
die allegatur iſte tex.licet.n.gñaliter iſte
Archidiacon⁹ dixerit,ꝙ de oīb⁹ reditib⁹
faceret ad placitū ſuū : non tñ ꝑ hoc fuit
obligatus , ut illas libertates dimitteret
b ad uotū Epi , & facit qa uerbū , placet,[b]
c ſis ipſius, & confirmatam fuiſſe, & ad cō-
firmandam conceſſionem ſuam indu-
cebant authoritatem Hieronymi dicen-
tis. Si aliquando fuerint a laicis, quę
diuini iuris eſſe noſcuntur malè deten-
ta, & in uſum tranſierint monachorum.
Epiſcopo loci præbente conſenſum, con
ſtabunt eis omnia perpetua firmitate ſubnixa. E contra-
riò pars altera reſpondebat, quòd conſenſus Epiſcopi, ſine
conſenſu capituli non ſufficiebat, & ad hoc inducebat au-
thoritatem Leonis Papæ dicentis, quòd Epiſcopus de re-
bus eccleſiæ donare, aut commutare, aut uendere non au-
deat, niſi fortè aliquid horum faciat, ut meliora proſpi-
ciat, & de conſenſu capituli id faciat, quod ſit in dubium
eccleſię profuturum. Dubitauerunt iſti arbitri, quando
decima tenetur a laico, ſi conferatur eccleſię, utrum ſuf-
ficiat conſenſus Epiſcopi ſine clericorum conſenſu. Papa
reſpondet, quòd monendus eſt laicus, qui decimam tenet,
ut illam reſtituat illi eccleſiæ, ad quam ſpectat, quòd ſi no-
luerit, & de conſenſu Epiſcopi alteri eccleſiæ donauerit,
ualebit donatio, & authoritates prædictę licet ſint diuer-
ſæ, non tamen aduerſæ: quia aliud eſt alienare, quod ab
eccleſia poſſidetur, in quo caſu intelligitur authoritas Leo
nis, & tunc non ſufficit conſenſus Epiſcopi ſine conſen-
ſu capituli, & aliud eſt ad eccleſiam reuocare, quod a lai-
co detinetur, in quo caſu intelligitur authoritas Hiero-
nymi, & tunc ſufficit conſenſus Epiſcopi: quia per utran
que authoritatem utilitati eccleſiæ prouidetur. Et hoc
probatur per concilium Lateranenſe, ſumpto argumento
a contrario ſenſu. In quo prohibetur, ne aliqua religio-
ſa perſona eccleſias & decimas de manibus recipiat laico-
rum ſine conſenſu Epiſcoporum; per quod indirectè datur
intelligi, quòd ſufficit conſenſus Epiſcopi, ut licitum ſit
eccleſię decimas recipere de manu laicorum. Hoc quod
dictum eſt de illis decimis, debet intelligi, de his quæ lai-
2 cis in feudū perpetuò ſunt cōceſſæ. Bernar. † No. primò, ibi.
*compromiſiſſent. &c.* ꝙ ſuper decimis, & ſic ſuꝑ iure ſpiritua-
li poteſt fieri compromiſſum in arbitros, non tamen in lai
cos, ſed clericos. Ad hoc. c. contingit, & c. per tuas, de arbit.
tranſactio tñ interuenire non poteſt. [a] ſed cōpoſitio amica
bilis ſic, ut in c. 2. de tranſactio. † Not. ſecundò, ibi: *male de-
tenta,* iuncto fi. c. ꝙ licet decima fuerit laicis conceſſa in feu
dum, nihilominus dicitur ab eis malè detineri. Et eſt ratio.
nā decimæ debētur clericis ꝑꝑ officiū diuinū, ut in c. tua, j̃.
de deci. ſed cū laici diuina non exerceāt, malè & ſine cauſa
detinētur ab eis, poſſident tamen ſine peccato poſt, q̃ ha-
buerūt titulum ab eccleſias, ſed conceſſio facta fuit propter
neceſſitatem eo tꝑe, quo eccleſia opprimebatur ab infideli
bus, de quo uide no. in c. quamuis, de deci. † No. tertiò, ibi:
*authoritate Hieronymi;* ꝙ authoritas ſanctorū pōt allegari in
deciſionibus cauſarum. Nā Hierony. non fuit Papa, & ſic
non habuit ꝑtātem legis condendę, & nihilominus eius au
thoritas hic allegatur, nec a papa ſpernitur, ſed ad debitum
intellectum confertur. Et ſume pro rl̃a, ꝙ ubi deficit autho
ritas canonum, licitè recurrimus ad authoritates ſanctorū,
uide bo. tex. & glo. 20. diſtinctio. & in c. 1. & c. fi. uide Inno.
in c. ne innitaris, de conſti. † No. in uer. e cōtrario, quatuor
requiſita ad hoc, ut teneat alienatio rei eccleſię. Primò de-
bet interuenire tractatus *b* inter prẹlatum & capitulum. Se
cundò debet interuenire conſenſus nedū prælati, ſed etiam
capituli. Tertiò, ꝙ fiat pro utilitate eccleſiæ. Quarto requi
ritur ſubſcriptio, & hoc ultimū nō ponitur hic, ſed in c. ſeq.
& in c. 1. ſ̃. e. † No. ꝙ nō eſt ſeruanda tanta ſolennitas in re-
uocatione, ſeu acquiſitione, quēadmodū in ipſa alienatio-
ne, facit ad qōnem, quam tangam in c. ſequen. † No, hic re-
gulā, ꝙ eccleſiaſtica poſſeſſa a laicis titulo legitimo, ꝑñt
conferri alteri eccleſiæ, q̃ ei, ad quam pertinent, interueniē
te cōſenſu ſolius Epiſcopi. † Nota, ibi. *indirectè datur intelli-
gi,* ꝙ arg. a contrario ſenſu [c] eſt ualidū in iure. Vñ Papa hic
arguit inducendo ſenſum contrarium, & pondera illud uer
bū, indirectè. Ex quo potes colligere, ꝙ conſenſus ɔ̃rius, eſt
ſubauditus, & interpretatus, non aūt expreſſus. Facit ad quę
ſtionem, ꝙ ſi ſtatuto [d] cauetur, ut ſtatuta loci debeāt intel-
ligi planè abſq; ſubauditione & extraneo intellectu, ꝙ tūc
uacat arg. a contrario ſenſu, de quo uide q̃d' notat Bal. in l.
conuenticula



cōuenticula, C. de epiſcop. & cleri. & Bar. in. l. oēs populi,
ff. de iuſtit. & iure. vbi format q̃ſtionē: Nunq̃d in ſtatuto ha
beat locū argumētū a ɔ̃rio ſenſu. Et dicit q̃d ñ, ſi expreſſus
reſultat intellectus ɔ̃ ius cōmune: q̃a ſtatutū nō corrigit ius
cōmune, niſi in caſu expreſſo: ſed Bal. in dicta lege, cōuenti
cula, vr̃ ſentire ɔ̃; vnde dicit fuiſſe diſputatū & determinatū
ꝑ Cyn. q̃d ſi ſtatuto cauetur, q̃d fœmina ſuccedat patri, ma
a ſculis nō extātibus, q̃d extātibus maſculis [a] a ɔ̃rio excludit
fœmina a ſucceſſione. Et idē dicit tenuiſſe Dy. ꝑ. l. cū inter.
§. iter ſocerū, ff. de pact. dota. & reputo in mā illā valde no.
in eo, ꝙ ꝓbat, q̃d etiā in ɔ̃tractibus hēt locū argumētū a ɔ̃
rio. Nā ɔ̃rius ſenſus venit ex tacita mēte diſponētiū, & id
ꝙ tacitè agit, hr̃ ꝓ expreſſo. quo ad iuris effectū. l. cū q̃d, ff.
ſi cert. peta. facit. c. ex parte. j̃. de ſpon. ꝙ bene no. Et de hoc
argumen. a ɔ̃rio ſenſu, an & qñ ꝓcedat, vide no. ꝑ Ioā. An.
& alios in cap. publicato, ſ̃. de elec. & in iuribus. ſ̃. allega. &
vide ca. a nobis, de ſentent. excommu. De iſto ɔ̃rio ſenſu vi
de bon. tex. in. c. 1. de ętà. & qualita. li. 6. ī gl. 2. & in ca. ſigni
9 ficaſti, de foro cōpeten. in gl. † Vltimò arguo ꝑ iſtū tex. q̃d
ēt in alienatiōe rei eccleſiæ inferioris, quanquā collegiatę,
dēt interuenire cōſenſus capituli eccle. cathedralis. Et ē ad
hoc iſte tex. optimus. Nā hic nō agebat de alienatiōe rei ec
cle. cathedralis, ſed ſancti Stephani, q̃ erat collegiata infe-
rior; nihilominꝰ allegabat illud cap. Leonis. 12. quæſtio. 2.
c. ſine exceptiōe. vbi req̃rit conſenſus capituli; nec papa hic
dicit, q̃d illa authoritas nō hēat locū in alienatiōe rei ec-
cleſiæ inferioris: ſed dicit ꝓcedere, qñ alienat res, q̃ poſſide
tur ab eccleſia; & ſic expreſſe approbat, vt ille canō habeat
locum in eccleſijs inferioribus: ſed tu reſtringe, vt dixi ī ca
10 pitulo primo. ſ̃. eodē. † Oppono ɔ̃ textū. vr̃. n., q̃d cum iſte
laicus haberet has decimas in feudū, q̃d nō potuit eas trāſ
ferre ſine ɔ̃ſenſu eccleſię ſancti Stephani, ad quā ꝑtinebāt:
q̃a nō licet vaſallo alienare feudū irreq̃ſito dn̄o; alias cadit
a iure feudi, ut in capitulo imperialē, in libr. feudor. de ꝓ
hibita feudi alienatio. & ꝙ legi. & nota. in. c. quæ in eccleſia
rū, de conſtit. Doc. vario modo reſpondent, & iudicio meo
non bene ſatisfit tex. poſſe intelligi duob. modis. Primò, ꝙ
b laicus vaſallꝰ donabat alteri eccleſię etiā in feudū [b]; vnde ñ
deſinebat ipſe eſſe vaſallus eccleſiæ ſancti Stephani: ſed præ
latus eccleſiæ donatarię efficiebat ſuus vaſallus, & hoc ñ eſt
ꝓhibitū a iure: q̃a nō eſt ꝓprie alienatio. nō. n. cōditionem
dn̄i facit deteriorē, cū acq̃rat ſibi nouū vaſallū, licet imme
diatū, vt not. in. d. c. q̃ in eccleſiarū, & vr̃ expreſſum in libro
feu. in ti. de cap. Corā. c. 1. Sed tūc ob. ɔ̃riū, quare hic requi
rebat conſenſus Epi? dico, q̃d eſt ſpeciale in iſtis ſpirituali-
bus. nā, ut citius redeant ad eccleſiā, fuit ſtatutū, ut nō poſ-
ſint iſti laici uaſalli decimas ī alios transferre, maxime lai
cos, vt in. c. prohibemus. j̃. de deci. Secūdò ꝑt intelligi, ꝙ ua
ſallus iſte laicus deſinebat eſſe vaſallus ex translatione in
alienā eccleſiā, & hoc fuit admiſſum fauore eccleſię uniuer
ſalis, ut facilius iſta ſpiritualia eriperent e manibus laico-
rū. Nā melius eſt & honeſtiꝰ, ꝙ alia eccleſia poſſideat, quā
q̃d ſtet in manibꝰ laicorū, ꝑſertim cū oēs eccleſię ſint una
eccleſia, & mēbra eccleſię uniuerſalis. 13. q. 1. c. loq̃r, & c. pu
dēda, &. 1. q. 7. c. Nouatianꝰ, & in. c. 1. de ſum. tri. in. §. una ue
11 rò eſt. † Vltimò hic q̃rit, de q̃bꝰ decimis hēt locū uel loq̃r
iſte tex. cū loq̃r ī fi. gñaliter? nā vr̃ obſtare. c. quāuis. j̃. de de-
ci. ubi dr̃, ꝙ decimę ñ ꝑñt laicis cōcedi, ēt in feudū. Sol. in-
tellige tex. cōiter de decimis cōceſſis añ illud cōciliū Late-
ranēſe. Nā oli, vt eccleſia haberet auxiliū a Chriſtianis, di-
ſpēſatiue cōceſſit, vt laicis poſſint decimę īfeudari: ſed poſt
c modū illud fuit reuocatū, ut deinceps ñ cōcederēt [c]; cōceſ-
ſæ tñ remāſerunt penes vaſallos. Vñ ēt hodie laici ſine pec
cato poſſidēt decimas, quas habuerūt ab antiquo añ illud
cōciliū, ſed fuit habitū illud cōciliū ꝓhibitiuū, vt hic refert
Iō. An. an. M. 79. de quo tñ recurrēdū ad chronicā Marti-
12 niā & fuit factū tꝑe Alexādri tertii, q, ut ipſe refert, fuit Se
d nēſis. † Sed pulcherrimū dubiū [d] & quotidianū orit q̃d ſi nō
ꝑt ꝓbari, ꝙ decimæ fuerūt cōceſſę añ il-
lud cōciliū, puta, q̃a ꝓbationes nō extāt
ꝑꝑ longinquitatē tēporis, ſed laicꝰ poſ-
ſedit tanto tempore, ꝙ de initio non eſt
memoria; nunq̃d eccleſia poſſit uendica
re iſtas decimas? & vr̃, ꝙ ſic: q̃a hēt inten-
tionē fundatā de iure cōi. j̃. ꝑ totū. ergo
niſi ꝓbet titulꝰ ex aduerſo dēt obtinere,
in. d. c. ad decimas de reſtit. ſpol. li. 6. & ī.
c. cum eccleſia, de cā poſſeſ. & ꝓprie. Nec
obſt. ꝑſcriptio: q̃a laicus nō ꝑt ꝑſcribere
decimas, cū eas poſſidere ñ poſſit, ut ī. c.
cām, de ꝑſcri. & hanc opi. poſt multa te-
nuit hic Hoſt. & Io. mon. & Archi. in. c. 2.
de decimis, li. 6. Io. An. tenet ɔ̃riam opi.
duobus tñ cōcurrentibꝰ. Primo, ꝙ iſte lai
cus poſſederit decimas tāto tēpore tan-
quā uaſallus, & ꝙ ſit fama, quod eas ha-
buerit añ cōciliū. Et cum hac opi. tran-
ſeūt hic ut plurimū doc. ſequē. & ſatis eſt
opi. ęqua: quia alias ꝑꝑ difficultatē pro-
bādi ſæpe laici priuarent iure ſuo. No. tñ
bene, ꝙ ſimplex detētio ēt ꝑ tēpus, de cu
ius initio nō exiſtit memoriam, non hēt
uim tituli quo ad laicos; de quo uide ple
nè ꝑ Ioan. And. in ſimili q̃ſtione in. c. 3.
13 de ꝑbend. li. 6. † In gl. in uer. *cleri,* not. ex
gl. ꝙ appellatione cleri intelligit quan-
doq; capitulū duntaxat eccleſię cathe-
dralis, ſic in ſimili appellatione eccleſiæ
ut in. c. cum clerici, de uerb. ſignifi. Not.
2. ex gloſ. ꝙ in alienatione rei inferioris
Epiſcopus præſtat regulariter authorita
tem: non autē alienat ipſe; quod ego in-
telligo, niſi Epiſcopus pro neceſſitate ec
cleſię uellet rem eccleſiæ inferioris alie-
nare, ut probatur in. c. 1. de reb. eccle. nō
alienan. libro ſexto; & facit iſte textus in
argumentum, cum allegatur authoritas
14 Leonis ī iſta alienatiōe rei īferioris. † In
gl. in uer. *conſenſus,* ibi; *requiſitis.* ſed vt di
cit Ioan. And. ibi etiam probatur contra
rium; & ideo hoc decernēdum eſt ex cir
cunſtantiis. Et no. ex iſto tex. ꝙ in mate-
ria indifferenti appellatiōe Epiſcopi in-
telligimus de ſolo Epiſcopo, ex quo pōt
argui, ꝙ ſi poteſtas doctorandi ex priui-
legio datur Epiſcopo, non intelligitur
quod habeat conſenſum uel conſilium
capituli, quod nota.

SEBA. SAPI.
a Maſculis. Vide Alex. in. l. ſi cum dotē, in princi. ff. ſol. Matr. Moder. poſt Bar. in. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator, ff. de lega. 1. Are. in. l. quæ teſtamento. §. mulier, ff. de teſta.
b Etiam in feudū. Adde, quod uoluit Cal. con. 2. de loca. & Anc. cōſi. 163. cum duobus ſeq.
c Non concederē tur. Adde, an ſi decimæ antiquitus conceſſæ redeunt ad eccleſiam, Epiſcopus poſſit de nouo illas infeudare, Cal. conſi. 2. de deci.
SEBA. SAPI.
d Dubiū. Vide late per Feli. de hac quæſti. in. c. cām, co. 1. uer. limita dupliciter, ſ̃. de ꝑſcri. Rap. Comē. in conſi. 83. inci. quia cauſa decimalis circa finem & late per Alex. in conſi. 6. inci. ui ſo themate, & dubiis, circa fi. in. 1. uo. & And. Sicul. conſil. 35. incip. ſapiēter ſcribitur colū. 2. in. 2. uolu. & Rap. Comen. in conſi. 64. incipien. Titius, & Sempronius.

## SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt concedere ſine conſenſus capituli eccleſiam uacantem alteri eccleſiæ etiam habenti ius patronatus in ea.*
2 *Electus & conſecratus non dicitur Epiſcopus.*
*Electus ſolus non poteſt diſponere de rebus eccleſiæ, etiam conſentiente capitulo.*
*Prouiſio Papæ facta alicui de aliqua dignitate habet uim electionis.*
3 *Archidiaconus debet eligi aliquis de capitulo, ualet tamen conſuetudo in contrarium.*
4 *Quando una eccleſia unitur cum alia, debent interuenire ſolennitates requiſitæ in alijs alienationibus. Nam iſta dicuntur alienatio, & in perpetuum.*
5 *Epūs ſolus an poſſit ad tempus alienare, uel conceda-*

*re aliquã eccleſiam in titulum, uel concedere tempo raliter fructus eccleſiæ?*
6 *Tractatus eſt quædam diſcuſsio, uel indagatio circa rem in futurum diſponendam.*
*Statutum puniens facientes tractatum, habet locum, licet tractatus ille non peruenerit ad effectum.*
7 *Bona mobilia, quæ ſeruari poſſunt, æquiparantur bonis immobilibus quo ad ſolennitatem alienationis.*
8 *Alienatio rei eccleſiaſticæ ad hoc, ut ualeat, requirit duo, ut adhibeantur ſolennitates, & ut fiat in caſu licito, alias eſt ipſo iure nulla.*
*Eccleſia reſtituitur, ſi eſt enormiter læſa aduerſus alienationem, quam fecit, etiam cum ſolennitatibus requiſitis & in caſu licito.*
9 *Prælatus an poſsit ſolus repudiare legatum eccleſiæ factum?*
*Pupillus non poteſt repudiare ſolus legatum ſibi factum.*
*Prælatus poteſt præiudicare eccleſiæ in acquirendis.*
*Prælatus ſi ſine iuſta cauſa non acquiſiuit eccleſiæ, tenetur de ſuo ſatisfacere.*

## CAP. VIII.

1 TVa nuper. † Non p̃t Ep̃s ſine conſenſu
capituli cõcedere eccleſias aliis
eccleſiis, ẽt ſi hẽat ius patrona-
tus in eccleſiis conceſſis. Cõis diuiſio. ſe-
cunda, ibi: *alterius*. Caſus lr̃alis. Quæſiuit
Archidiaconus Metẽſis vtrũ Ep̃s ſiue ele
ctus de cõſenſu Archidiaconi tm̃ ſine cõ
ſenſu capituli poſſit cõferre vacãtẽ eccle
ſiã baptiſmalẽ alicui monaſterio, vel al-
teri eccleſiæ, q̃ hẽat ius patronat⁹ ĩ illa ec
cleſia vacãte? Reſpõdet, ꝙ nõ p̃t authori-
tate Leonis Papæ: qa cõceſſiones eccleſia
rũ vacãtiũ ꝑpetuas nõ eſt dubiũ ad aliena
2 tiões ꝑtinere. B. † Not. 1. ibi: *Epiſcopo, uel*
a *electo.*[a] ꝙ elect⁹ in Ep̃m & conſecrat⁹ nõ
b p̃t dici Ep̃s; *b* qa ſolũ aſſumit nomẽ Ep̃i ĩ
cõfirmatiõe, vt. s̃. de aut. & uſu. pal. in. c. ni
ſi, & in. c. ꝙ ſicut, de ele. Et no. ꝙ elect⁹ &
cõfirmat⁹ appellat̃ elect⁹. Nã hic loq̃t tex.
de cõfirmato: qa ſolũ elect⁹ nõ p̃t diſpo-
nere de reb⁹ eccleſiæ ẽt de conſenſu capi
tuli, vt in. c. noſtri de ele. & in. c. auaritiæ
eo. ti. li. 6. Et idẽ dic hodie in iſtis ꝓuiſis
ꝑ Papã. Nã ꝓuiſio Papæ hẽt vim electio-
nis & ꝓuiſionis; ad hoc, qđ not. in. c. cum
olim, de cã poſſeſ. & ꝓprie. Ex quo no. ꝙ
ꝓuiſus ꝑ Papã de Epiſcopatu dẽt añ con
ſecrationẽ uocari elect⁹. nunqd autẽ poſ
ſit dici pontifex, uide gl. in cle. 1. de bap.
3 † No. 2. ibi, *aſſumatur de ipſa*, ꝙ Archidia
con⁹ dẽt eligi de capitulo eccleſiæ cathe
dralis: ſed Hoſt. & bene intelligit text. de
cõſuetudine: alias poſſet eligi vndecũq;.
Ad hoc, ꝙ no. in. c. cũ inter canonicos, de
elect. Et no. bene hũc text. ſm̃ iſtũ intelle
ctu, qđ p̃t induci cõſuetudo, qđ Archidia
conus ſolũ eligat̃ de capitulo eccleſiæ ca-
thedralis; facit in ſimili. c. Abbatem. j̃. de
ver. ſig. &. c. cũ dilect⁹, de cõſuetu vel for-
te, ut dicit Hoſt. hic erat cõſuetudo, vt Ar
chidiaconus deberet eſſe canonicus & vi
de hic ꝑ Hoſt. No. ibi *cænobijs*. ꝙ monaſte
riũ p̃t appellari cœnobiũ, & dicit̃ a cœnõ
Græce: qđ eſt latine cõmune: qa religioſi
ibi cõiter uiuũt. Vnde ſm̃ etymologiã uo
cabuli p̃t dici cœnobiũ omnis loc⁹, ĩ quo
cõiter plures uiuunt. Sic ẽt appellat̃ con
uentus: qa ibidẽ conueniunt, vt in. c. 1. 15. diſ. No. ibi: *tracta-
tu*, quod in alienatiõe rei eccleſiaſticæ non req̃runt̃ tres tra
ctatus, ut pleriq; obſeruãt, ſed ſufficit vnicus ſolẽnis & dili-
gẽs, qđ hic tenẽt cõiter doctores; & vide tex. cũ gl. in capi-
tul. 1. de rebus eccleſ. nõ alienan. li. 6. & de hoc tractatu &
4 eius forma uide. Spe. de loc. §. ſeq̃tur, ver. & ſcias. † Not. ꝙ
eccleſia dicit̃ alienari, cũ concedit̃ alteri eccleſiæ in perpe-
tuũ. nã quaſi capite diminuit̃, cũ ñ gaudeat ꝓprio rectore:
ſed alteri ſubiicit̃; & in hac alienatione ſeu cõceſſione req-
runtur ſolennitates requiſitæ in alienatione cuiuſq; rei ec
5 cleſiaſticæ. † Nota ibi, *perpetuas*, ꝙ ceſſio eccleſiæ ad tẽpus nõ
ꝑtinet ad alienationẽ. vr̃ tex. a ꝯ̃rio, ꝙ cõceſſionẽ tẽporalẽ
de rebus eccleſiæ p̃t ſolus Ep̃s facere. Et doctores hic expreſ
ſe tenẽt, ꝙ donationẽ fructuũ temporalẽ p̃t Ep̃s facere ſine
cõſenſu capituli. nõ obſt. 12. quæſt. 1. c. Ep̃s: qa ibi fraudabat
eccleſiã. nec ob. c. ea noſcit̃. s̃. eo. qa ibi loq̃t in cõceſſiõe re
rũ ſpiritualiũ, ubi exigit̃ maior examinatio. Ita dicunt cõi
ter doct. hic ꝙ dictũ ñ eſt indiſtinctè verũ. nã vr̃ ꝯ̃. c. nouit,
&. c. quãto, s̃. eod. vbi ep̃s ſine cõſenſus capituli cõcedit ec-
cleſiã ad tẽp⁹. iõ dic, qđ iſte tex. ꝓbat ſolũ, ꝙ cõceſſionẽ tẽ-
poralẽ de eccleſia p̃t facere ſolus p̄latus, maxime de eccle-
ſia minori, ut dixi in. ca. nouit. unde, ſi cõfert eccleſiã in ti-
tulũ, nõ eſt neceſſe ſeruare ſolẽnitatẽ req̃ſitã in alienatiõe:
ſec⁹, ſi cõcedit alteri eccleſiæ in ꝓprietatẽ; & hoc ſolũ ꝓbat
iſte tex. ſed circa conceſſionem fructuum dic meli⁹, ut dixi
in c. 2. s̃. eo. Ad. c. ea noſcit̃, ꝙ vr̃ ꝯ̃. c. nouit, dic ꝙ loquit̃ qñ
p̃ſentatio, ſeu collatio ꝑtinet ad collegiũ. tũc eñ ñ p̃t ſolus
p̄latus cõcedere eccleſiã ẽt in ti. ſine cõſenſu collegii: ſed. c.
nouit, loq̃t in collatiõe bñficiorũ, q̃ de iure ꝑtinet ad Ep̃m.
6 † In gl. in uer. *tractatu*. ibi: *dicat, quod ſibi uidetur*. no. gl. iũcto
tex. ꝓ ſignificatu huius verbi tractatus. Nõ eñ req̃rit deli-
beratũ conſenſum, ſed quãdã diſcuſſionẽ & indaginẽ circa
rẽ diſponẽdã in futurũ. vñ tex. ponit tractatũ & cõſenſum
ut diuerſa. Nã primo fit diſcuſſio, utrũ magis expediat alie
nare vnã rẽ, quã alterã: vel utrũ poſſit ſubueniri eccleſiæ ſi-
ne alienatione, & poſt tractatũ ꝑuenit̃ ad ipſam alienatio-
nẽ, in qua p̃ſtat̃ conſenſus. Quod no. pro ſtatutis puniẽtib⁹
facientes tractatũ ſuꝑ aliqua re. Dicunt̃ enim tractaſſe, li-
7 cet delictum non perfecerint. † In ea. gl. ibi: *& hoc de immo-
bilibus*. no. gl. uſq; ad fi. ꝙ bõa immobilia & mobilia precio
ſa, q̃ ſeruari pñt, æquiparantur quo ad ſolennitatem adhibẽ
dam ad eorum alienationem; & uide gl. in. c. 1. de rebus ec-
8 cle. non alie. li. 6. & in. c. is cui, de ele. li. 6. † Sed extra gl. q̃-
ritur, quid ſi alienatio fiat in caſu nõ licito, præcedit tamẽ
tractat⁹, & cõſenſus capituli, & ſeruat̃ ſolẽnitas? dicit Hoſt.
ꝙ alienatio eſt irrita. Pro hoc tex. ibi: *irrita erit, &c.* vñ ñ eſt
opus petere reſtitutionẽ ĩ integrũ: qa ſubuenit̃ eccleſiæ ip-
ſo iure, ſecus dicit, ubi alienatio tenet. nã tũc ſi eccleſia læ-
dit̃, opus eſt petere reſt. in integr. vt in. c. 1. de in integ. reſt.
Quidã alii uoluerũt, ut alienatio ſemꝑ teneat, dũmodo ob
ſeruet̃ ſolẽnitas, de qua hic, & in d. c. ſine exceptio. 12. q. 2.
quaſi uelit, ut uerbũ irrita, referat̃ ad ſolẽnitatẽ omiſſam.
Sed tu tene ꝙ ad hoc, ut teneat alienatio rei eccleſiæ; neceſ
ſario req̃runt̃ duo. Primo, vt ſeruet̃ ſolẽnitas, de qua hic, &
in. d. c. ſine exceptione, nec eſt opus ſeruare ſolennitatẽ in
troductã a iure ciuili, de qua in aut̃. hoc ius porrectũ, C. de
de ſacroſanct. eccle. canonizata. 10. q. 2. hoc ius porrectũ:
qa, ut no. dicũt Inn. & gl in. c. 1. de reb. eccle. nõ alie. li. 6. nõ
potuit ius ciuile adiicere ſolẽnitatẽ ad ius canonicũ. iõ cõ
cludit̃ ibi, ꝙ nõ eſt neceſſariũ decretũ iudicis. ſufficit ergo
ſolẽnitas req̃ſita a canonibus, de qua hic, & in. d. c. ſine exce
ptiõe; & ſi hæc ſolẽnitas ñ obſeruat̃, corruit ipſo facto alie
natio, ut eſt hic tex. & ĩ. d. c. 1. & i. d. c. ſine exceptiõe. Scđo re
q̃rit̃, ut fiat ĩ caſu licito, alias nõ tenet; tex. eſt bo. ĩ. d. cle. 1. đ
reb. eccle. nõ alienãd. facit tex. in. d. c. 1. & ĩ. c. q̃ ĩ eccleſiarũ, đ
cõſtit. inducẽdo, ꝓut ibi dixi; habes gl. ordinariã ĩ. c. 1. de ĩ
ĩtegrũ reſti. licet gl. Io. An. ſenſerit ꝯ̃riũ ĩ. d. c. ſine exceptio
ne, & in ſumma, ſed Calderi. tenet primũ ĩ. d. c. 1. & ſeq̃uũt
communi-

SEBA. SAPI.
a Vel electo. Multa ad hoc congerit Felin. in. c. eã te, col. 1. uer. ante cõſecrationem, ſupra de reſcrip.
ANT. FRAN.
b Dici Epiſcop. Epiſcopus electus non confirmatus non poteſt adminiſtrare bona, ut ĩ. c. qualiter, cum gl. & in. c. cum in cũctis, & in. c. noſti, & in. c. nihil, đ ele. & ĩ. c. auaritiæ eo. ti. li. 6. & in c. cum iandudũ, de præbẽ. & uide Io. An. in addi. Spec. in ti. de elec. in. §. 1. in uer. cõſequẽter, quod tñ intellige uerũ, niſi ſit electus in concordia, & ſit ualde lõginqu⁹ a curia Romana, puta extra Italiã, ut per gl. ĩ c. utrum, de foro cõpẽ. & uide Oldra. in con. 9. poteſt tamen alienare res tẽpore perituras, ut per gl. in. d. c. qualiter, & in. d. c. noſti. Confirmatus autẽ habet plenam adminiſtrationem, & ius coniugale cũ eccleſia. c. iter corporalia, de trãsla. præla. & quæ poſſit facere confirmatus, licet non cõſecratus, & q̃d etiam cõſecratus, ultra gl. in. c. trãſmiſſa, hic alle. uide quæ habentur in capitulo final. 9 q. 2. & in. c. de ſyracuſanæ. 57. diſt. & do. Cardi. in cle. fi. in. 1. q. đ foro competen.



cõiter doc. & probatur in iuribus præal. Qui autem ſint ca
ſus liciti, in quibus põt fieri alienatio, uide bonam gl. 12. q.
2. in ſumma. Si aũt alienatio fit in caſu licito, puta pro debi
to eccleſiæ, & ſeruat̃ ſolennitas: quia p̃ceſſit tractatus, ſi ec-
cleſia enormiter læditur in ꝯ̃ctu, p̃t petere in integ. reſtit. ut
in d. c. ad noſtram. j̃. de reb. eccle. non alie. & in c. 1. & 2. de
9 in integ. reſt. li. 6. † Vltimò ſcias, ꝙ hic cadit no. q.[a] utrũ ſo-
a lus prælatus poſſit repudiare legatum factum eccleſiæ, ma-
ximè de rebus immobilibus, & ur̃ ꝙ non: quia incontinen
ti ẽt eccleſiæ ignoranti fuit acquiſitum dñium rei legatæ. l.
cum pater §. ſurdo, ff. de le. 2. l. a Titio, ff. de fur. ergo p̄latus
non p̃t alienare: quia alienaret rem acquiſitam eccleſiæ, &
de hoc ur̃ caſus multum not. in ſil̃i in l. magis. §. fundus, ff.
de rebus eorum. ubi dicit tex. ꝙ pupillus non p̃t repudiare
fundum ſibi legatum, cum non poſſit alienare rem ſuam.
Vr̃ ergo, ꝙ ex repudiatione ſequatur alienatio. ſed hoc nõ
b obſtante ꝯ̃rium conſuluit[b] Fede conſ. 9. mouetur principa
liter, quia dñium non eſt acquiſitum eccleſiæ ante acceptio
nem legati; unde repudiando potius non acquirit, q̃ alie-
nat; ſed in non acquirendo non requiritur ſolennitas. Pro
hoc facit. c. s̃. proxi. ubi ſolennitas requiritur, cum alienat̃
res, quæ poſſidetur ab eccl̃ia, & non eſt par eademq; rõ, nõ
lucra capere, & quæſita perdere. l. ſi ſpõſus, in §. ſi maritus,
ff. de dona. inter ui. & uxo. Sed ad §. fundus, qui multum ur
get, ſpecificè non rñdet, ſed tenendo concluſionem ſuam,
quæ ſatis p̃t ſuſtentari, p̃t dici, quod loquitur in pupillo, q
non habuit adminiſtrationem rerum ſuarum, ſecus in præ
lato. unde quemadmodũ tutor tenetur, ſi potuit acquirere
pupillo, & non acquiſiuit. l. quicquid, C. de arbi. tute. ita
prælatus, ut eſt bo. tex. cum gl. 12. q. 4. in c. 2. & pro hoc alle
go primò gl. 16. q. 7. in fi. quæ dicit, ꝙ in acquirendis præla-
tus p̃t facere conditionem eccleſiæ deteriorem. Idẽ dicit
Inn. in c. 2. de dona. ad idem. c. qñ, de deci. ubi ſolus prælat⁹
donat decimas noualium, quæ oriuntur intra diœceſim ſuã
ex quo non ſunt acquiſitæ certæ eccleſiæ, ſed ut dixi, ſi præ-
latus ſine cauſa repudiauit. p̃t compelli, ut ſatisfaciat eccle
ſiæ de ſuo. Poſſet tamen in contrarium adduci. l. qui actio-
nem habet, ff. de reg. iu. ubi dicit tex. ꝙ habẽs actionem ad
rem, uidetur habere ipſam rem; ergo ſicut prælatus non po
teſt alienare ſolus rem, ita nec ipſam actionem. Sed poteſt
reſponderi per capitulum præcedens: fateor tamen, ꝙ ca-
ſus dubius eſt. Et notabis bene & tene menti.

## SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt parochiales eccleſias, uel earum obuentiones etiam cum cõſenſu patroni conferre alicui monaſterio ſine conſenſu papæ, uel capituli ſui.*
2 *Decimæ & omnes obuentiones ſpirituales, quæ fiunt intra eccleſiam parochialem cedunt presbytero parochiano, etiam ſi fiant alicui imagini, uel capellæ exiſtenti intra parochiam.*
*Oblationes factæ in aliqua eccleſia cenſentur factæ contemplatione eccleſiæ, & non celebrantis in ea.*
*Relictum factum epiſcopo ab extraneo uidetur factum contemplatione eccleſiæ.*
3 *Epiſcopus poteſt cum conſenſu capituli imponere penſionem eccleſiæ abundanti ad ſuſtentationem eccleſiæ indigentis.*
*Altare unum diſcooperire, ut aliud cooperiatur, non eſt licitum.*
4 *Epiſcopus an poſſit dare alicui eccleſiæ quinquageſimãm, uel centeſimam ſine conſenſu ſui capituli? 6.*
*Epiſcopus quando uult de nouo conſtituere aliquam eccleſiam, uel reformare in nouam regulam, debet habere conſenſum capituli.*
*Epiſcopus eccleſiam conſtructam cum conſenſu capituli poteſt illam dotare ſine eius conſenſu.*
4 *Alienatio rei eccleſiaſticæ, quæ debet fieri ex neceſſitate iuris, non requirit illas ſolemnitates, quæ requiruntur in alia alienatione.*

## CAP. IX.

1 PAſtoralis. † Ep̃s parochiales eccleſias, uel
obuentiones ipſarum etiam de
conſenſu patroni ſine conſenſu capituli ſui mo
naſterio conferre non poteſt. Cõis diuiſio ſecũ
da, ibi: *ad quod*. Caſus literalis. Epiſcopus Helien. fecit talẽ
quæſtionem do. papæ: Authoritate Dyoniſii parochiæ fue-
runt limitatæ & diſtinctæ, ut prouẽtus cuiuslibet parochiæ
in uſus cederent miniſtrorum: quæſiuit, utrum liceat epiſco
po ſine authoritate papæ, uel ſine cõſen
ſu capituli, cõferre uiris religioſis obuẽ
tiones alicuius parochialis eccl̃iæ, reſer
uata ſuſtẽtatiõe uicarii? Scđò uerò fecit
aliã q. Cũ Lateranen. conciliũ ꝓhibeat
nouã penſionẽ imponi eccleſiis, uel uete
rẽ augeri, quæſiuit ep̃s, utrum ep̃s poſſit
religioſis locis totã eccl̃iã, uel de nouo
conferre, uel aliq̃ portionẽ de conſenſu
patroni? ad hoc rñdet papa, ꝙ ep̃s nec
primũ, nec ſm̃ facere p̃t ſine lñia papæ p̃
ter capl̃i ſui uoluntatem, ſalua conſtõne
canonica, quæ dicit, ꝙ ep̃s põt conferre
piis locis quinquageſimam penſionem.
Ber. No. primò, ꝙ diuiſio parochiarum
fuit facta authoritate Dyoniſii pape, uñ
primò parochiæ non erant diſtinctæ, ſed
ſacerdotes ſimul regebant pop̃lm, & de
hac diuiſione uide tex. 13. q. 1. c. 1. & ita
in primitiua eccleſia erat ĩ ep̃atibus; de
quo uide quod no. in c. cum cauſam, de
probationibus. & per Inn. in c. conſtitu-
2 tis, de app & uide tex. 9. di. c. 1. † Not. ſe-
cundò, & tene mẽti text. ꝙ eccleſia paro
chialis fundat intentionem ſuam de iu-
re communi ſuper omnibus obuentioni
bus ſpiritualibus contingentibus intra
parochiam ſuam, ut patet ibi, *ſingula-
rium parochialium prouentus, &c.* Ex quo
infert Hoſt. & bene, ꝙ omnes decimæ &
oblationes, quæ fiunt de parochia, cedũt
ecclesiæ parochiali. Ex quo infero ego, ꝙ
ſi capella eſſet intra parochia alicuius ec
cleſiæ, oblationes ibi factæ non cedunt
c capellæ, ſed eccl̃iæ parochiali. † Adduco
tex. ꝑ locũ a ſp̃ali. in c. ad audientiã, el 1.
j̃. de eccl̃iis ædifi. Infert ẽt dñs Antoni⁹,
d ꝙ ſi fit oblatio imagini[d] depictæ[e] in mu-
e ro alicuius parochiæ, ꝙ tales oblatiões
cedunt eccl̃iæ parochiali, & no. j̃. ſub ru.
de parochia. & ita ſæpe de facto interro
gatus, reſpondi, & ut dixi, bene facit tex.
in d. c. ad audientiã, & qđ ibi dicã. Nam
ſi oblationes factæ capellæ ſeu altari ce-
dũt eccl̃iæ parochiali, & nõ presbytero
capellæ, fortius oblationes factæ imagi-
ni, q̃ eſt depicta in muro priuato. Nã lai
cus nõ eſt capax horũ iuriũ ſp̃ualiũ, nec
fiũt domui priuatæ, ſed ob reuerentiam
Dei ad cultũ diuinũ. Adminiſtrationem
aũt horũ ſp̃ualiũ hẽt presbyter parochiæ
intra parochiã ſuã, ut hic. & in d. c. ad au
dientiã, quod bene no. quia quotidie de
facto accidit. Et per hoc ẽt dici poteſt, ꝙ
ſi celebranti intra eccl̃iã alterius, fiunt
oblationes, ꝙ tales oblationes cedũt re
ctori eccl̃iæ & non celebrãti. Pro hoc fa
cit. c. requiſiſti. j̃. de teſt. ubi relictũ factũ
Ep̃o ab extraneo, ur̃ factũ cõteplatio-
ne eccl̃iæ; ita oblationes factæ celebrãti,
uidentur factæ intuitu eccleſiæ. Nã obla
tiones faciunt parochiani ꝑꝑ onera ſa-
cr̃orum, de conſe. di. 1. omnis Chriſtia-
nus, cum gl. & uide quod no. j̃. de paroc.
3 ſuper rubr. † Not. ulterius & tene menti
iſtum tex. ꝙ epiſcopus cum conſenſu ca
pituli ſui põt imponere penſionẽ eccle-
ſiæ abundanti, ſoluendã ad ſuſtentandã

SEB. SAPIA.
a Notabilis q̃õ. Vide Alex. & Iaſ. in l. lega. ff. de leg. 1. Abb. in c. 1. s̃. de dolo & cont. Bal. in l. 1. in 10. q. C. qui admitt. in l. is qui hæres. §. fi. ff. de acqui. hære. & Fede. de Se. in conſi. 6. & Ang. in cõſi. 80. & in cõſ. 91.
b Contrarium conſuluit. Adde, quòd idem tenet Ro. cõſi. 83. de quo Lap. all. 26. Anch. conſi. 135.
c Eccleſiæ parochiali: Adde quod uoluit Lap. alleg. 58. & 42. Calderi. conſil. 2. de deci. do. Car. conſi. 88.
SEB. SAPIA.
d Imagini. Vide Fel. latè in d. c. dilectus, col. 1. de offic. ord. ĩ Troylum Maluitiũ in trac. oblationũ in pe. q. & Mari. Soci. in tract. de oblat. in 13. libello.
ANT. FRAN.
e Depictæ. Adde quod uoluit alle. Flo. in l. ſtatuæ. Et adde, ꝙ oblatiões factæ in miſſa epiſcopi, uel Archiepiſcopi celebrãtis in eccleſia ẽt exẽpta, debentur ĩpſi epiſcopo, ut per Car. in cle. 2. in fi. de priuil. & quid cõtineatur appellatiõe oblationũ, uide Inn. in ca. cũ inter, de uer. ſi. Et adde, ꝙ tales oblationes factæ eccleſiæ, uel altari, non poſſunt capi a laicis, ut in c. ſanctorũ. 10. q. 1. nec ẽt per eos conſeruari, niſi de licẽtia papæ, uel epiſcopi, ut in c. per laicos. & in c. ñ. eadẽ cauſa & quæſtio. Adde tamen. ꝙ ſi imago Chriſti & ſanctorũ proiiciatur in terrã, eſt pœna arbitraria, ut ĩ c. cum canonici, de off or. in fi. & tene mẽti, ꝙ tales ſanctorum imagines repreſentãt ipſos ſanctos, & propter illos ſunt uenerandæ, non adorandæ, ut in capitu. perlatum, de conſecrat. diſtinctio. 3. & in c.

uenerabilis de cõ-
ſec.diſtĩ.2. & uide
d.Car.in cle. 1. in
§.excellentiſſimo,
de reliqui.& uene.
ſan.& quãuis ima-
gines poſſunt ha-
beri in domo pri-
uata ob deuotio-
nem,non tñ poteſt
ibi celebrari ſine
licentia Papæ, uel
diœceſani,ut ĩ c.ꝗ
cũq; de cõſe.diſ.1.
ZACHARIAS.
a Capl̃i ſui.adde gl.
in c.is cui,in prin.
& ibi Phil.Frã. de
ele.lib.6.Bal.in au
th.in ꝗbuſcũq;, C.
d̃ ſacroſ.eccl.in 2.
not.& in l. 1. ff.de
tut.& rat.diſ.
b Reformare. Adde
Cal.cõſ.12.de reb.
eccl. non alie.
c Inferiores. adde
Fede.cõſi.78.&ibi
qui dicantur infe-
riores Ant.Fran.
d Gñalia.Circa,hoc
quod dicit̃ de cõ-
cilio gñali, dicas
primò, ꝙ illud nõ
põt cõgregari,niſi
ꝑ papã, uel de ei⁹
mãdato,ut ꝑ Bald.
in tra. ſchiſma. in
15.col. & illi ſoli
põt ſe Papa ſubii.
cere,ut ĩ c.ſi ĩcõpe
tẽter.2.q.7. Et ad-
de ꝙ laici,quoties
ipſi Papę cõgregã
ti cõcilium uide-
tur poſſent uocari
ad illud pro nego
tiis peragendis in
concilio pro arbi
trio ipſius Papę,
& concilii congre
gati,ut plenè tradi
tur ĩ d.tra.Et adde
ꝙ ipſum cõcilium
generale,cui papa
præeſt, non poteſt
recuſari pro ſuſpe
cto,ut in c. cuncta
per mundum. 9.q.
3.& in c.licet ex ſu
ſcepto,de fo. cõp.
& per gl. in c.ſin-
gulis de ſtat.mo.ꝑ
Philip.Fran. in c.
poſtremo. in 8. q.
de appell.

uitã religioſorũ.Et ſic hẽs, ꝙ ñ ſolũ pa
pa,ſed ẽt eþs p̃t imponere penſionẽ ec-
cleſię,& intellige,qñ detracta penſione
eccl̃ia p̃t cõgruè uiuere,al̃s aũt non hẽt
diſcooperire unũ altare,ut aliud coope-
riat̃, ut in c.cũ cãm, de pręb. & uide qđ
dixi in c.extirpãdæ,in fi.e.ti ubi bo.tex. 1
4 †In gl.in uer. cõſtõne,in fi. Cõcluſio er
g › gl.eſt,licet multũ uideat̃ dubitaſſe,ꝙ 2
quinquageſimã ſeu centeſimam eþs põt 3
conferre abſq; cõſenſu capl̃i ſui, & intel
lige in caſu.c.apl̃icę.j̃.de don.Nã ſi uult 5
mõaſteriũ cõſtruere de nouo, uel eccl̃iã
ſecularẽ facere religioſã,ꝑmittit̃ ei a iu 1
re,ut poſſit ꝓ dote donare ꝗnquageſi-
mã partẽ ſuorũ redituũ. Si uero eccl̃iã
añ cõſtructã uult magnificare ꝓ ſuis ſe-
pulturis,tũc p̃t donare cẽteſimã portio
nẽ,& hęc l̃ra facit ꝓ opi.gl Nã exceptio
dẽt eſſe de r̃la,ut no.ſuꝑ rub.de reg. iur.
li.6.uñ cũ papa faciat hic r̃lã,ut eþs non
poſſit quinquageſimã donare de reb. ec
a cl̃ię ſine uoluntate capl̃i ſui,[a]& excipiat
donationẽ iſtius ꝗnquageſimæ,uel cẽte
ſimæ,ergo hęc donatio põt fieri ſine cõ
ſenſu ipſius capl̃i,& hãc opi.tenuit Gof.
hic,& in sũma e.§. fi. ne ꝗs decipiat̃ au-
thoritate iuris.23.q.3.c.ꝗ peccat.Pet.& 2
Abb.ꝓ cõcordia opi.& iuriũ,de quibus c
ĩ gl.diſtinguũt,ꝙ aut eþs uult de nouo ꝯ
b ſtruere eccl̃iã,uel eã reformare[b] mona-
ſticis r̃lis;& dẽt hr̃e cõſenſum capl̃i,pro
hoc ur̃ tex.12.q.2.in c.ſi eþs. Aut eccl̃iã
iã cõſtructã ꝑ ſe uult dotare; & tũc põt
ſine cõſenſu capl̃i;& ita loq̃t hic.& in c.
bonæ rei.Nã hoc caſu eþs eſt obligatus,
ex quo eccl̃ia cõſtruxit,ut in c.ꝙ ſicut.j̃.
de eccl.ædifi.& intellige,qñ eþs cõſtru-
xit prius cũ cõſenſu capl̃i: ꝗa tũc obliga
tio eſt orta reſpũ utriuſq;. hęc opi. pla-
cet Io.An.& cõiter do.ſeq. Et rõ hui⁹ di
ſtinctionis eſt:ꝗa ĩ hoc ultimo caſu alie
ñatio eſt neceſſaria.Iõ nõ eſt neceſſe ſer
uare aliã ſolẽnitatẽ: ſed in primo caſu
alienatio eſt uolũtaria,cũ ñ ſit adhuc or
5 ta aliqua obligatio.†Et ex hoc collige,
ꝙ ubi imminet alienatio ex neceſſitate 3
iuris,nõ eſt ſeruãda ſolẽnitas:ſecus, ubi
eſt uolũtaria,licet immineat ꝑꝑ neceſſi
tatem hominum.Nam hic loquitur tex.
de alienatione propter neceſſitatem re-
ligioſorum: ſed ꝗa eſt uoluntaria quo
ad eþm, requiritur conſenſus capituli.
6 †Sed dubitatur extra gl nũꝗd eþs poſſit
donare iſtã centeſimã, uel quinquageſi
mã de reb⁹ eccl̃iæ inferioris, & maximè 4
qñ uult magnificare eccleſiã ꝓ ſepultu-
ris ſuis?tenet hic Inn. ꝙ non: quia iura 5
loquuntur de reditibus eþi, ut in d.c.bo d
nę,& d.c.apoſtolicæ. Pe. conſuluit con- 6
trarium in Auinione, ut refert Abb. in
q.facti.Sed dicit Aegi.ꝙ hoc ur̃ ſibi ex-
traneũ.Iſte tex.optimè facit ꝓ opi. Pet.
Nã hic q̃rebatur de alienatione rei infe
rioris eccl̃ię,& papa excipit caſum do-
nationis quinquageſimæ, ergo illã põt
facere ſine conſenſu capl̃i ſui:ſed quia iu
ra de hac materia loquentia ſꝑ faciunt
mentionẽ de reditibus epiſcopi,non extendẽtur iura illa
per hanc generalitatem,& exceptio hic poſita intelligitur
generaliter,ut illam donationem de reditibus ſuis poſſit
facere ſine conſenſu capituli,&c.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus,quando facit concilium prouinciale, debet admittere capitula cathedralium eccleſiarum.4.non ut iudicent,ſed ut aſſideant.*
2 *Epiſcopi compelluntur uenire ad talia concilia prouincialia, capitula uerò eccleſiarum cathedralium inuitantur,non autem compelluntur.*
3 *Comparere quando aliquis ex aliqua neceſſitate non poteſt perſonaliter in concilio,poteſt comparere per procuratorem.*
5 *Laicus quando intereſſe poſſit concilio generali,quod facit Archiepiſcopus.*

CAP. X.

1 ET ſi membra †Ad concilia prouincialia
vocari dẽnt & admitti ca-
thedraliũ eccleſiarũ capitula.Prima pars ponit q̃-
relã.ſecunda ꝓuidet,ibi:*uiſum*.Caſus liter.Statutũ
fuit in cõcilio gñali,qđ hr̃.j̃.de accu.c.ſicut olim,ꝙ Metro-
politani ſingulis annis dẽnt ꝓuinciale cõciliũ celebrare.
Archieþs Senoneñ.& ſuffraganei eius ad cõciliũ illud non
recipiebant procuratores & nuncios cathedralium eccle-
ſiarum, unde capitula cathedralium eccleſiarum Senoneñ.
prouinciæ depoſuerũt ſuper hoc coram dño papa quæſtio-
nẽ.Scribit papa Archieþo & ſuffraganeis eius dicẽs,ꝙ capi
tula prædicta ad hmõi cõcilia dẽant inuitari, & eorũ nũtii
ad tractatũ admitti,& p̃cipuè ſuꝑ his,q̃ cõtingũt ipſa capi-
tula.Et rõ eſt,ꝗa cũ Archieþs &.Eþs ſint unũ corpus cũ ca-
2 pitulis ſuis,& ipſi caput,ſine mẽbris ſuis talia.uel alia nõ de
c bent facere.Ber.†Not.1.ꝙ clerici inferiores[c] neceſſariò nõ
vocantur ad conciliũ prouinciale.Nã hic ſtatuitur ſpeciale
in capitulis eccleſiarũ cathedraliũ:quinimo Inn.multũ ua-
cillat in c.graue,de p̃b.nũꝗd de neceſſitate iſta capitula ſint
uocãda ad cõciliũ prouinciale.ſed ego tenui,ꝙ ſic,& allega-
ui hunc tex.ꝗ optimè ꝓbat,ut patet ꝑ uerbũ,dẽant, qđ r̃l̃r
eſt neceſſitatiuũ,ut dicit gl.not.in cle. attendẽtes, de ſtatu.
reg. Sed põdera bñ iſtũ tex. ꝗ nõ põderat̃ in hoc ab aliquo,
ꝙ iſta capitula ſolũ admittuntur ad tractatũ,nõ dicit ad iu
dicãdũ,uel ad decidẽdũ.Vñ puto,ꝙ ſoli Eþi in hoc cõcilio
ſint iudices,imò dubitat̃ de ſuffraganeis,ut ſint potius aſſeſ
ſores,& Archieþs ſolus iudex.De quo dic,ut no.in c.graue
& ibi dixi.Et nõ ſine miniſterio tex.dicit hic, ꝙ dẽnt inuita
ri.Nã ſi neceſſariò cõcurrerẽt ad diſponẽdũ,ñ ſolũ ĩuitarẽ-
tur:ſed cõpellerẽtur ad ueniẽdũ,ſicut cõpellunt̃ Eþi,ut ꝓba
tur in c.ſi Eþs,& c placuit.18.diſt. Et no.iſtã cõſiderationẽ
ꝗa ualet multũ ad ꝑſcrutandũ,nũꝗd clerici exiſtẽtes in cõ
cilio generali admittantur ſolùm ad tractatũ, an admittã-
3 tur ad decidẽdũ,& dẽant cõpelli ad ueniendũ.†Not.ibi:*pro
curatores eorum*,ꝙ capitula pñt cõparere in cõcilio per ꝓcu
ratores;& hoc iõ,ꝗa de facili non pñt per ſe cõparere. Alii
uerò,ꝗ neceſſariò dẽnt intereſſe, & non detinentur aliquo
ĩpedimento,debent cõparere ꝑſonal̃r,& nõ per procurato
res,niſi in caſu neceſſitatis, ut probat̃ in d.c.ſi Eþs,& c.pla-
cuit;& ſic not.ꝙ ex cã quis poſſet cõparere in concilio per
procuratorẽ,& probat̃ in c.apoſtolicę,de re iud.li.6. & qui
debeant intereſſe in iſto cõcilio ꝓuinciali, & qui in ſyno-
4 do epiſcopali,vide per Inn.in d.graue.†Not.ultimò,ibi.*ma
ximè*, ꝙ ẽt ĩ negotiis ñ cõtingẽtibus capl̃a dẽnt admitti ad
5 tractatũ concilii.†Et no.ſemper gl.fi.hic;quia ponit tres ca
d ſus,in quibus laicus admittitur ad cõcilia gñalia.[d] †Prim⁹
6 caſus,ſi ſpãliter inuitet̃,& ſic intellige gl.in cap. Adrianus.
Et no.bene:quia ex hoc poteris ſoluere contrarium multo
rum iurium, in quibus legitur laicum fuiſſe admiſſum ad
concilium, ut intelligatur, ꝙ ſpecialiter fuerint inuitati,
non de neceſſitate. Secundus caſus, ſi tractatur cauſa
fidei. Tertius, ſi tractatur de cauſa matrimoniali; quia
matrimonium tangit eos. Et ex hoc ultimo caſu potes
elicere regulam generalem, ꝙ ubicunque in concilio con-
tractarentur negotia tangentia ipſos laicos, poterunt lai-
ci in-



ei intereſſe concilio. Sed aduerte,ꝗa Io.An.multũ reſtrin
git hoc dictum. dicit.n. ꝙ in iſtis caſibus exceptis laici ad-
mittuntur,ut audiant,non ut iudicent,uel doceant; ar. 62.
di.c.docendus. Item tenet, ꝙ in iſtis caſibus nõ ſit neceſſe
uocare laicos,cum pñt ſtatuta concilii eis intimari in p̃dica
tionibus.& dicit,ꝙ qñ tractantur negotia eccleſię, uel cor-
rectiones clericorum,debẽt laici excludi,arg.in c.Maſſana,
de elect.& in extrauag.Bonifacii.8.c.nõ dẽt.quę uerba ſem-
per no.in practica.Et inquantum dicit Io.An.ꝙ debent ad
a mitti,ut audiant,[a] credo, ꝙ admittantur, ut conſulant, &
ut materiam tractent maximè,qñ ſunt periti. hoc ur̃ proba
ri.31.q.6.c.ad ſedem.ubi papa uocauit iuriſtas laicos & Ca
noniſtas ad defenſionem iurium ſuper illo puncto, non tñ 2
ut audirent,ſed ut conſulerent. Ad Idem tex. pulcher. in.c.
ad apoſtolicę,de re iudi.li.6. ubi papa pollicebatur ſe uoca
turũ ad concilium Reges & Principes ſeculares & eccleſia-
ſticas perſonas,ut cum conſilio conciliũ diſponeret. uocat
ergo laicos,ut conſulant, nec pro nunc ulterius me exten-
do;dicetur plenius in diſputatione.

# De his,quæ fiunt a maiori parte cap. Rub.

Continuatur ad præcedentia hoc ordine. Suprà uiſum eſt de his,
quæ fiunt a prælato & capitulo.ſed quia quædam pertinent ad capi
tulum tantum, in quibus peragendis ſæpe diſcordant, & dubitari
poteſt quid iuris,merito ſubiicitur hæc rubri. Et no. ex hac conti-
nuatione & diuerſitate titulorum,ꝙ appellatione capituli *b* nõ pro
b priè comprehenditur prælatus,de quo uide quod plenius dixi in c.
poſt electionem,de conceſ.præben meritò ſequitur nigrum.

SVMMARIVM.

1 *Maior pars capituli;uel collegij quod facit,non impeditur à minori parte, niſi aliquid rationabile alleget,& probet.5.*
2 *Appellare nõ põt ſine cauſa minor pars ab illo, quod fuit ordinatum à maiori parte capituli,& nu.6.*
3 *Maior & ſanior pars copulatiuè requiritur in negotijs eccleſiæ explicandis.11.*
4 *Quod committur uoluntati liberæ uel propriæ alicuius,intelligitur de uoluntate non regulata aliqua rõne.hinc eſt, quod nõ poſſet peti reductio ad bonũ uirũ.*
7 *Conſuetudo iurata, uel ſtatutum, per ſingulos de uniuerſitate poteſt non obſtante iuramento tolli ab omnibus de ipſa uniuerſitate.*
*Iuramentum,quod præſtatur a ſingulis, ligat ipſos ſingulariter contrauenientes,non autem collegialiter.*
*Princeps ſi tollit ſtatutum,quod ignorat fore iuratum, non cenſetur tollere iuramentum.*
*Acceſſorium remanet aliquando ſublato principali.*
8 *Conſuetudo,uel conſtitutio capituli,etiam iurata,diſponens,quòd omnes de capitulo,uel ſaltem duæ partes debeant conſentire, & aliter actus non teneat, non ualet.*
9 *Iuramentum tendens contra utilitatem eccleſiæ non eſt ſeruandum,imò dicitur potius periurium.*
10 *Iuramentum temerarium quos effectus producat.* 17.
11 *Poteſtas uniuerſitatis remanet penes non delinquentes,licet numero pauciores.*
12 *Minor pars quando contradicit maiori parti, habet cauſam contradictionis probare coram ſuperiore ipſorum,non autem coram ipſa maiori parte.*
13 *Contradicens actibus,qui geruntur in uniuerſitate,quibus caſibus teneatur appellare,& quos effectus operetur talis appellatio.*
*Conſentire quoties aliquis non uult in aliquo actu gerendo per uniuerſitatem, debet expreſſe contradicere, alias habebitur pro conſentiente quo ad peccatũ.*
14 *Capitulũ non põt ſtatuere ſine conſenſu Epiſcopi, niſi ſtatutũ concernat facta ipſius capituli tantum.*
15 *Abſentes non ſunt uocandi, quando ipſorum uniuerſitas facit ſtatutum, niſi ſtatutum concerneret negotia multum ardua.*
*Contra abſentes præſentes non poſſunt aliquid ſtatuere.*
*Abſentes quibus caſibus ſunt uocandi.*
16 *In negotijs uniuerſitatis debent eſſe ad minus præſentes duæ partes ipſius, & illarum duarum partium conſentire, uel diſſentire maior pars.*
*Contemptus unius non uocati retractat omnia geſta in uniuerſitate.nam plus obeſt contemptus unius,quàm contradictio multorum.*

CAP. I.

1 CVm in cunctis †Ordinatio maioris par
tis capituli per contradi
ctionem & appellationem minoris partis nil rõ
nabile opponentis impediri non debet h.d.uel
clarius ſic.In uniuerſitatibus eccleſiaſticis præualet r̃l̃r, qđ
ſit à maiori & ſaniori parte, niſi minor pars rõnabil̃r ꝯdi-
cat.Et primò ponit factum reprehenſibi a
bile.Secundò prouidet per ſtatutum,ibi,
*quocirca*. Caſus liter. In quibuſdã eccle-
ſiis minor pars clericorum non ſ̃m rõ- b
nẽ,ſed propria uoluntate potius impe-
diebat eccleſiaſticam ordinationem,qđ
nimis graue, & dignũ erat reprehẽſione
cũ in ordinationibus eccleſiarũ ſemper
debeat pręualere, qđ à maiori & ſanio-
ri parte capituli fuerit ordinatũ. Ideoq;
ſtatuit conciliũ Lateraneñ.ut niſi a pau- c
cioribus & inferiorib⁹ aliꝗd rõnabiliter
2 obiectũ fuerit & oſtenſum†appel.re.præ
ualeat,& ſuũ cõſequatur effectum, quod
a maiori & ſaniori parte capituli fuerit
ordinatũ,non obſtante,ſi aliquis dicat ſe
iur̃o adſtrictum ad obſeruandã eccleſiæ
ſuę conſuetudinẽ,ꝗa nõ ſunt dicenda iu
ramẽta,ſed potius periuria,ſiue temera
ria iur̃a,q̃ in dãnũ eccleſiæ & ꝯ ſanctorũ
patrũ ueniunt inſtituta. Et ſi aliꝗs cõſue
tudines, quę nec rõne iuuant̃,nec cano-
nicis conſonant inſtitutis, iurare p̃ſum-
d pſerit a perceptione dominici corporis,
donec pñiam egerit, ſit penitus alienus.
Ber.†No.ibi:*pluribus & ſanioribus*.q̃ uer-
ba iterũ in tex.repetunt̃;ꝙ duo req̃rũtur
ad hoc,ut valeat geſtũ in capitulo. Priò,
ꝙ maior ꝑs decreuerit.Secũdò,ꝙ illa ma
c ior pars ſit ſanior, [c] ſ.reſpectu cõcilii &
materiæ ſubiectę, de quo uide quod no.
in.c.eccleſia,el.2.de ele.No.ibi:*fratribus*,
ꝙ canonici & oẽs collegiati pñt dici fra
tres,& olim oẽs Chriſtiani appellaban-
tur fratres,quia ꝑꝑ lauacrum regenera-
tionis,ſ.baptiſmatis,oẽs habent. unũ pa
trẽ, ſ. Deũ. ſunt ergo fratres in Chriſto
11.q.3.c.ad menſam.& uſq; ad tþs con-
cilii Niceni omnes, qui ſunt Chriſtiani,
appellabantur fratres, uel diſcipuli, ab il
lo concilio citra dicti ſunt Chriſtiani,
ut eſt tex.cum gl.in.c.2.23. di. & legit̃ &
4 not.in actibus Apoſtolorũ.†Tertiò not.
ibi:*non tam de ratione quam de propria uolun
tate &c.* ſignificatũ horũ uerborum,*com-
d mitto hoc propriæ uoluntati*.denotant.n.ꝓ-
priã uoluntatẽ[d] abſolutã & liberã, non
regulatã ratione; iõ non poſſet peti re-
ductio ad arbitriũ boni viri. Et facit pro
ſtatuto ſcholarium, quo cauet̃, ꝙ rector
in examine non teneatur aliquid ſolue-
re collegio, niſi prout proceſſerit de ſua
propria uoluntate;facit tex.in.l. fideicõ-
miſſa.§.q̃ꝗ,de leg.3. & quod no. Bar.in
5 extrauagan. ad reprimendum †Not.ibi:
*obiectum fuerit & oſtenſum*. ꝙ ad impediẽ
dam ordinationem maioris partis non
ſufficit aliquid rõnabile opponere, ſed
oportet,ꝙ obiectum oſtendatur, & pro-
betur.Et ex hoc no. a ꝯrio, ꝙ nõ ſemper
ualet ordinatio maioris partis.Nã unus
ſolus poſſet ratione motus impedire or
dinationem totius uniuerſitatis, & ap-
pellare poteſt, ſi opus eſt per ſuperiorẽ
illam ordinationem retractari facere.
Ad hoc 31.di.in.c.Nicena.†No.ibi.*appel
latione remota*, ꝙ ſola appellatio interpo
ſita in uniuerſitate per minorem partẽ

a Vt audiãt.Adde,
ut per Cal. conſi.
6.de conſtit.
SEB. SAPI.
b Appellatione ca
pituli. Vide Feli.
in proę.Gre.colu.
4.uer. nec obſtat,
& in c.dilecti,ſ̃.d̃
maior. & obediẽ.
poſt. d. Abb. ibi.
ZACHA.
c Quòd illa maior
pars ſit ſanior.Ad
de Iac.Rebuf.in l.
exactores,nu.2. &
ibi in apo.Cel. in
uerſi. maioris par
tis, C. de ſuſce. &
archa.lib.10. eun
dem in.l.nomina-
tionem,num.4. de
deci.e.li.& Anto.
Corſ. ſing. ſuis in
uerb. uniuerſitas,
incipi. quod fit a
maiore parte,
d Voluntatem. Ad
de hic, quæ poſui
in apo.in rubr.de
arbit. edita per
Ludc. Rom.
SEBA. SAPI.
d Propriam uolun
tatem. Vide Bar.
& moder.in.l.cen
teſimis,§.fin.ff.de
uer.obl. cum mul
tis acumulatis ꝑ
d.Fel. in.c.cano-
num ſtatuta,colũ.
18.uer. & ſi dica-
tur,committimus
uoluntati tuæ, ſ̃.
de conſtit.

non impedit ordinationē maioris partis:ualet tñ applo in effectu.ſi eſt rõnabilis:qa pbata rõne appellādi, caſſabit di-
7 ſpoſitū per maiorē partē. †No. ibi: *eccleſiæ ſuæ conſuetudinem.&c.* q canonici; ſeu uniuerſitas pñt ex cā tollere conſuetudi-
a nē eccleſię, a ēt iuratā;& in hoc tene mē ti iſtū tex.& uide gl.no.in c.in his.11.di. Et idē dicit Io.An.hic in ſtatuto, ut iuramētū,quo ſingulares firmāt ſtatuta collegii, urgeat dūtaxat remanētibus ſtatutis: ſed eis ſublatis p uniuerſitatē tollit iurm, quaſi iurm liget ſingulos ſingulr cōuenientes;ſecus aūt, ſi cōueniūt collegialiter,tollēdo ſtatuta;& hoc uerbū noc.&. uide qd plenē dixi ī c.dilecto,§.de pb.uide tñ in hoc gl.ualde not.in.c. cū nō deceat,de ele. li.6.q dicit,q ſi ſupior tollit e ſtatutū uniuerſitatis iuratū,non faciēdo mētionē de iuro, tenet nihilominus illi q uniuerſitate ad obſeruētiā iuri,ex quo iurm eſt tale, qd pt ſeruari ſine pctō, ut puta cōcernēs cōmodū ſingulorū.Et hoc iō, qa in dubio nō eſt pſumēdū ſupiorē voluiſſe tollere iurm;& eſt vnū dictū ſatis mirabile,ut ſtatuto ſublato remaneat iurm acceſſoriū.Sed uide motiua pdicta
8 in gl.†Vlterius no.ex eo uerbo. *ſecundum cōem intellectum*, q nō ualet cōſuetudo capituli ēt iurata diſponēs,ut oēs d caplo
b dcant cōcordare,b & q aīr ñ ualeat act'. Nā talis cōſuetudo eſt ɔ utilitates eccleſiæ,cū hoies ſint faciles ad diſcordiam 18.q.1.nec nouū. nā ſępe ipedirētur utilitates eccleſię,ſi diſpoſitū à maiori parte nō hret effectū. Et ex hoc infero,q in vniuerſitatibus eccleſiaſticis nō ualet ſtatutū,ſic nec cōſuetudo, ut duę partes ad minus debeāt cōcordare ſed ſpūaliter dēt diſpoſitū a maiori pte,dūmō illa pſit ſanior:pro hoc facit.c. licet,in ſi.§.de elect.& uide tex.& gl.in c.ſicut,e.ti. li.6.
9 †Not.ibi,*ſed potius periuria cenſentur*.Vnā rīam in mā iuri, q oē iurm tēdēs ɔ utilitatē eccleſię nō ligat,ſed poti' cēſet piuriū.Et facit p his rtorib.ſcłarib.q iurāt ſeruare ſtatuta ciuitatis, in qbus ſunt aliqua ɔ libertatē eccleſiaſticā; & vtilitatē & uide bo.tex.in c.1.de iureiu.li.6.Et facit iſte tex. q iurm tēdēs ī dānū eccleſię nō ligat,ēt ſi p aliū poſſet cōſuli eccleſię.
c De quo uide qd dixi in c. cū veniſſent,c
10 de inſti.& facit c.peruenit,de iureiu.†No. in ſi.līæ,q temere iurās peccat mortalr, & dēt inde agere pniam. de qua pnia uide tex.cū gl.22.q.4.c. q ſacra. Et uide de effectu h' iuri temerarii,qd no.glo.in c.
11 Florētinū.85.di.†In gl.in uer. *rationabiliter*,ibi,*ſed maior pars eſt illa*.& vr gl.velle q ſanior pś ſit maior,qđ ē ɔ iſtū tex.q requirit maiorē & ſaniorē ptē,ut ī c.qa pp de ele.Dic ergo,q licet minor pars poſſit ex rōne ipedire decretū maioris ptis; nō tñ pt aliqd diſponere nomine totius vniuerſitatis,niſi maior pś eſſet priuata pp delictū ſuū: qa tūc ptās totius vniuer-
d ſitatis reſidet in nō delinquētibus,d ut c. bone;& in c.cō nobis,e. tit.cū ſimi. & c.

12 gratū,de poſtu.pl.†In gl.in uer. *oſtenſum*,ibi:*coram ſupe iore.* no bñ glo.q minor pś ɔdicēs nō tenet pbare corā maiori pte rōne ſuę ɔdictionis. Quod expreſſe uoluit doc.tū, quia maior pś nō eſt iudex: tū qa eſt ſuſpecta minori parti ɔdicēti.adeat ergo ſuperior ipſius corporis, ſeu uniuerſitatis;
13 uel eligātur arbitri, ar.c.2. req'riſ; de appel. †Et cadit hæc qō hic tractata p doc.Nūqd ɔdicēs teneat appellare,uel nūquid nolēs cōſentire geſtis p maiorē ptē teneat ɔdicere? Inno.multa dicit,& in effectu ponit regulā,q non tenet qs appellare:ſed ſatis eſt ɔdicere,ſiue tractet de piudicio ſuo, ſiue tertii,ſiue ipſius uniuerſitatis.Nā cū uniuerſitas pcedit extraiudicialr,nō trāſeūt hmōi geſta ī rē iud.uñ pt qs ex ɔdictiōe ſola pſeq corā ſupiore, ut geſtū min' rōnabilr per maiorē partē retractet,arg.c.cōcertatiōi,de appe.li.6.Aduertēdum tñ,q ſi qs nō uult cōſentire,dēt expreſſe ɔdicere alias inuoluit pœna & pctō, ſicut expreſſe cōſentientes,ſm Inn.qđ eſt ſingulr no. Ex hoc tñ hēs, q ēt ī malē geſtis tacēse in uniuerſitate hr pro cōſentiente,cū ex offō ſuo teneat cōſulere.Ad hoc l.de ætate.§.q tacuit,ff.de intero.actio.& uide quod dixi in.c.2.§.ti.pxi.ſup ul. gl. pt tñ minor pś appellare,ſi uult,& applo operabit multos effectus, de qbus plenē dixi in c.bonę.§. de app. & inter cæteros operabit q inferior a iudice,ad quē eſt appellatū,nō poterit de illo negotio cognoſcere,arg.in c.ut noſtrū de app. except Innoc. vnū caſum,in quo tenet nolēs cōſentire appellare, ſ.qñ eligit per uniuerſitatē ad offm publicū authoritate & utilitate;alias hr p cōſentiēte,ſi eſt ſuppoſitus illi uniuerſitati,vt
hic poſitę. Sed Abbas, cui placet hæc lec.
no. ex tex. iudicē poſſe moueri ad decidē
dum ex rōne non allegata ꝑ partē; quaſi
velit dicere, ꝙ Papa nō fuit motus principal̃r ꝑꝑ allegatio
nē, de qua in tex. ſed ꝑꝑ rōnē, q̄ dixi. Not hoc dictū, & licet
ſit uerū in ſe, nō tñ iudicio meo congruit literę in eo, ꝙ Pa
pa in decidēdo habuit reſpm̄ ad cōtēta in tex. ut patet ibi:
7 *ſi uera ſunt, quæ præmiſimus.* †Secunda ſolu. glo. eſt, ꝙ ex ſpe-
ciali pacto dēat lucrari donationē, & pōderat̃ curſus tanti
tp̄is nō ad p̄ſcriptionē cōplendā, ſed ad p̄ſumendū cōſenſū
mulieris ſecundò interueniſſe poſt bieñiū ex mora tāti tē-
poris. Et hoc dictū, qđ cōiter nō ualet reprobari, eſt ualde
ſingulare, & miro mō limitat pal. auꝉ. ſiue a me, & facit gñ̄a
liter, ut ex curſu magni tp̄is p̄ſumat̃ ſolēnitas extrinſeca, &
8 ī hoc eſt ſꝑ mēti tenēda hęc gl. †Sed circa hāc ſolōnē mul
tū dubito ultra alios. Cū. n. cōſtāte matrimonio nō poſſit
agere mulier, ut ſ̄. dixi, & ī. clarius, & ſic ꝯdictio ſua non ꝓ
deſt; ergo patientia non operat̃ tacitum cōſenſum. Nā eius
eſt nolle, cuius eſt uelle: ſed uxor cōſtāte matrimonio nō p̄t
ꝯdicere qa nō p̄t agere. ergo tacēdo, nō uidet̃ acquieſcere.
Hoſt. hic nitit̃ ꝓbare, ꝙ q̄libet rō hic alleg. de ꝑ ſe ſufficiat:
ſed ꝓcedit cū ſuppletione & diuinatione & extorſione li-
teræ; iō dicta ſua communiter in hoc nō recipiunt̃. Io. An.
fortè habēdo reſpm̄ ad tex. p̄al. ibi; *ſi uera ſunt, &c.* dicit poſ
ſe dici, ꝙ iſte tex. ponit caſum ſpālē. concurrentibus omni
bus iſtis tribus, de q̄bus in tex. Simile quod no. ſ̄m cū, ſ̄. de
offō dele. in c. conſultationibus, & ſic auꝉ. ſiue a me, recipe-
ret hanc nouā limitationem iſtis tribus cōcurrentib⁹. Sed
certe hoc dictum non placet; quia Pa. non intēdit hic indu
cere ius nouū. Quod patet ex eo, qa rñdet ad conſultatio-
nē, ut not. in glo. in. c. conſultationi, de tempo. ordi. & in c.
ex tua, de fil. p̄sbyt. nec inter laicos ad diminutionē iuris
mulieris Pa. de facili induxiſſet ius nouum. Dom. Antoñ.
hic dicit, ꝙ curſus tāti tp̄is p̄t hic pōderari dupliciter. Pri-
9 mò ad p̄ſumendū ſ̄m conſenſum, ut dicit glo. Secundò ad
cōplendum præſcriptionem. Licet enim præſcriptio ſ̄m cū
nō currat in rebus dotalibus cōſtāte matrimonio: ſecus in
rebus donatis ꝑꝑ nuptias; qa illarū rerū ēt conſtante ma-
trimonio, uxor eſt domina; & ſi hoc dictū eſſet uerū, repu-
tarem ualde ſingulare. ſed nō credo, ꝙ procedat. Sed ꝯ hāc
rōne facit primò; qa p̄ſcriptio ſaltē de iure canonico, ſecū
dum quod hic tractabat̃ iſta cā, non currit cum mala fide,
ca. fina. đ præſcriptio. Sed iſta emptrix ſciebat iſtam domū
eſſe donatam vxori ꝑꝑ nuptias. Quod patet ex eo, quia al-
legabat mulierem conſenſiſſe. ergo nō poterat preſcriptio
procedere, cū eſſet contra ius; & non interueniſſet ſecundus
conſenſus mulieris. Et qui contra iura mercatur, bonam
fidem nō p̄ſumitur habere; ut in regula, qui contra,* de re-
gulis iuris, * li. 6. Itē contra dictum dominum Anto. repe
rio gl. nota. ad literam in auth. vt immobilia ante nuptia.
donat. colla. 5. in uer. in rem, quę aperte vult, ꝙ ēt ſuper re-
bus donatis ꝑꝑ nuptias non agit mulier, niſi ſoluto matri
monio; uel a tp̄e, quo maritus incipit uergere ad inopiam,
ſicut dicimus in rebus dotalibus. Et quanquam illa gl. aper
to iure nō ꝓbetur, ego tamen probo per rōnem. Donatio,
quę fit uxori a uiro, non operatur, ut uxor ea re ſibi donata
debeat uti frui, quemadmodū maritus utitur re dotali. Nā
ex contrario maritus nō hēt priuilegium in fructibus rei
dotalis lucrādis ꝑꝑ onera matrimonii: quia uxor hr̄et tan
tundē de bonis mariti, cū fiat cōiter donatio in tāta q̄tita
te, quāta eſt dos. Ita dicit gl. ſing. in auꝉ. de non eligen. ſecū
do nuben. in uer. percipiat, quā ſemper nota, quia credo, ꝙ
non ſit tex. qui hoc dicat. operatur ergo illa donatio prin-
cipal̃r, ut cautius ſit cōſultū uxori ſuper rebus dotalibus. Nā
licet oīa bona mariti ſint tacite obligata uxori ꝓ dote, iſta
tñ ſic donata ſpālius & ſtrictius. Vñ in alienatiōe alterius
rei mariti ſufficit unicus cōſenſus ipſius mulieris. l. ēt, C. ad
uelle. ſed in iſtis reb⁹ donatis reqrit̃ ſecūdus cōſenſus mulie
ris poſt bienniū, ut in d. auꝉ. ſiue a me. Cū ergo cōſtāte ma
trimonio uxor non poſſit uti frui rebus ſic donatis, ergo
nec ꝓ illis agere p̄t, ſicut nec ꝓ reb⁹ dotalib⁹. Cū ergo ri-
dicentur

ZACHA.

a Cum mala fide. Tu dic, ꝙ hodie omnia iura ciuilia diſponentia præſcriptionem cum mala fide currere, ut l. omnes, & l. ſicut, de præſcri. 30. uel. 40. ann. ſunt de iure canonico correcta, prout tenet gl. Inn. Anto. Imo. iſte & alii doct. in c. fi. de p̄ſcrip. Gul. de Cu. in. l. ſi quis actiōes, nu. 2. & ibi in apoſt. Cel. ī uer. requiritur bona fides, C. de ſer. & aqua. Ang. & Imo. ī l. ſequitur. §. ſi uiā, ff. de uſuc. Bal. in. l. q̄bus diebus, §. dominus, ff. de cōd. & demō. glo. in regula. poſſeſſor, de re. iur. li. 6. & Alex. cō ſi. 188. inci. uiſo titulo q̄nis, col. 11 uerſ. uenio ad. 2. dubiū. uol. 2. alias eſt conſil. ſ̄m maiorē nu. conſi. 330. & cō ſi. 34. incip. uiſo ꝓ ceſſu cauſæ, col. 1. uol. 3.

SEBA. SAPI.

b Conſtātę matrimonio, ꝙ contra mulierem non currat p̄ſcriptio niſi ſolu. mat. fiat quando uir incipit uergere ad inopiā, de cla. Bald. nouel. in tracta. de dote in 7. parte, col. 2. & 5. & Raph. comen. in conſi. 92. inci. uiſo in ſupraſcripto caſu.



dicent̃ hoc a pari res donatę ꝑꝑ nuptias, & res dotales, de
bemus dicere prę ſcriptionem non currere conſtante ma-
trimonio pariter in utriſq;, quod eſt apertè ꝯ d. Ant. & pō
dera, quia gl. iſta hoc ſentit, dum dicit præſcriptionem nō
10 prodeſſe conſtante matrimonio. †Ex quibus oībus uī, ꝙ in
tellectus huius c. ſit difficilimus ꝑꝑ iura ꝯria: ſed pro nunc
poſſumus dicere quod præſumatur tacitus cōſenſus ex cur
ſu tanti tp̄is, non ſolum conſtante matrimonio, ſed eo diſ-
ſoluto, quod tñ in ueritate ex toto non procedit: quia lite-
ra apertè dicit, ꝙ illud tp̄s 20. ann. fluxerat conſtante. Sed
prima lect. gl. poſſet teneri abſq; ſcrupulo; & cogita: quia
ſecunda lec. gl. non p̄t ex alio ſuſtineri. nam tex. in auth. ut
immobilia, præal. requirit ſ̄m conſenſum poſt biennium,
ut mulier interim poſſit maturè cogitare, & ſic cautior ue-
nire ad ſ̄m cōſenſum. quæ quidē rō oīno ceſſat muliere ta
a cente. Item ubi agitur de re onéroſa[a], tacens non habetur
pro conſentiente, imò pro contradicente. l. filiusfam. §. inui
tus, ff. de procu. & no. per Inn. in c. in Geneſi, de elec. per gl.
in reg. is. qui tacet, li. 6. de reg. iu.

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei pignoratæ computantur in ſortem principalem.*
*Venditio facta cum pacto de retrouendendo intra certum tempus, modico precio conſtituto, præſumitur pignus potius, quàm uenditio.*
2 *Conſtitutio pœnalis ligat non ſolum uenientem contra uerba ipſius, ſed etiam contra mentem.*
3 *Vſurarij ſunt illi, qui uendunt rem ad credentiam maiori precio, quam ſi incontinenti reciperent precium, & eorum teſtamentum eſt nullum.*
4 *Pactum de retrouendendo cum modicitate precij, an faciat præſumi contractū fœneratitium, nu. 8. 9. 10. 11. & 12.*
5 *Contractus ſimulatus non firmatur iuramento.*
6 *Hæres debitoris poteſt allegare contractum ſui authoris eſſe fœneratitium, licet author ſuus tacuerit.*
7 *Vſurarius conuincitur per ſolas probationes urgentes.*
8 *Emptor cum pacto de retrouendendo, interueniente iuſto precio, lucratur fructus, donec retrouendat tam de iure cano. quàm ciui.*

CAP. V.

1 AD noſtram. †Fictus emptor, qui uerus eſt
creditor, cogitur reſtituere
rem in ueritate pignoratā, ſed fictè uenditam, ſi
ſatisfactū eſt ſibi de ſorte, fructibus cōputatis.
Ita cōiter ſumatur: ſed hæc ſummatio eſt de indubio; ideò
ſummo iuxta literam notabilius Sic. Si in uendōne appo-
nitur pactum de recuperanda re poſt certum tp̄s, modico
conſtituto precio, præſumitur pignus, & non uendō; & eſt
caſus ſingularis. Prima pars narrat factum. Secunda dat iu
dicem, ibi, *quia igitur.* Caſus lr̄alis. Quidam laicus R. nomi-
ne quandam quantitatē pecuniæ mutuò accepit a quodā
uſurario M. noīe. Creditor ille, ne poſſet per canonem ꝯ
uſurarios editum in poſterum conueniri, recepit ab illo do
mos quaſdam & oliuas titulo emptionis, cum in ueritate
ꝯctus uſurarius eſſet. Quod patet ex eo, ꝙ eſt in inſtr̄o uen
ditionis expreſſum, ut qñcunq; a ſeptennio uſq; ad nouen
nium debitor ſolueret creditori ſexaginta uncias tareno-
rum, quę uix dimidiam iuſti precii contingebant; creditor
domos & oliuas reſtitueret debitori. Conſultus papa, an
creditor compelli dēat ad reſtituendas domos & oliuas.
Rñdet Papa, quia fraus & dolus alicui patrocinari non de
bet. Mādat, quatenus ñ obſtāte uenditionis inſtr̄o cōfecto
in fraudem canonis promulgato ꝯ uſurarios, app. remo. cō
pellat dictum creditorē per pęnam in concilio Latera. ſta
tutam ꝯ uſurarios ad reſtituendas domos & oliuas ei, cui
2 de iure dēnt reſtitui. Ber. † No. 1. ibi: *ne per canonem.* iuncto
*fi. per pęnam in Lateranen. concilio, &c.* Quòd conſtō penalis
hēt locum non ſolum ꝯ directe uenientem ꝯ iuris diſpō-
nem, ſed ēt ꝯ ficte & indirecte uenientem; unde pęna ſtatu
ta ꝯ uſurarios ꝓcedit ꝯ fictos emptores, qui ī ueritate ſunt
uſurarii, facit. l. non dubium, C. de leg. &
reg. fina. de reg. iub. li. 6. ubi dicitur, ꝙ is
cōmittit in legē, qui uerba legis ample-
3 ctens ꝯ legis nititur uoluntatē. †Ex hoc
& multis aliis conſului pridie in notabi
li articulo, & nouo an teſtūm iſtorum, q
uendunt rē carius ꝑꝑ ſolōnem precii di
latā, ſit ipſo iure nullū per diſpōnem c.
q̄q̄, de uſu. li. 9. prę ſupponēdo, ꝙ hoc ſit
publicum & indubitatū; ut puta, qa eaſ
dem merces precio incontinenti ſoluto
uendit ꝓ certo p̄cio: ſed cū uēdit ad cre
dentiā eaſdē merces, uēdit ꝓ maiori p̄
b cio[b]: & cōſului ꝙ teſtm̄ eſſet nullū: qa ta
les eſſent uſurarii, ut eſt tex. in c. nauigā
ti, de uſu. & publici ſunt, ex quo publice
exercēt, ut patet in libris eorūdē, qđ bñ
4 no. †No. 2. ar. opt. ꝙ pactū de retrouēdē
do cū modicitate precii facit p̄ſumi ꝯ-
ctū fęneratitiū? iſte tñ tex. ex toto hoc ñ
ꝓbat, ſed optime facit in ar. ī. tñ dicā la
tius, an hoc ſit uerū. No. ꝙ inſtr̄um nō iu
dicatur ab eo, qđ eſt ſcriptum, ſed ab eo,
qđ eſt actū inter partes. Nām plus ualet,
qđ in ueritate agit̃, q̄ qđ ſimulate conci
pitur, C. plus ualere, qđ agitur per totū,
5 & ī. qui fil. ſint legi. per tuas. †Et uide de
hoc ꝯctu ſimulato gloſſam finalem in l.
3. C. plus uale. quod agi. quæ dicit, ꝙ nō
firmatur iuramento, nec obligat iuran-
tem ad obſeruationem: quia ſimulare uī
6 oppoſitū. †No. ꝙ hæres debitoris p̄t al-
legare ꝯctū factū ꝑ defunctū eſſe fęnera
titiū, & ꝓbare ꝑ p̄ſumptiones, licet de-
functus tacuerit in uita. Et no. ꝙ dr̄ pate
re id, de quo cōſtat ꝑ prę ſumptiones, ꝓ
hoc bo. tex. ī l. licet, ff. de leg. 1. ubi dicit,
7 ꝙ p̄t dici euidēs, & facit ad ſtatuta. † In
gl. ī uer. *patet, ideſt præſumitur.* No. ex hac
c gl. iūcto tex. ꝙ uſurarius cōuincitur per
ſolas p̄ſumptiones urgentes; & uide ad
idē bo. tex. in c. cū ī diœceſi. ī. de uſu. ſed
ex hac gl. & ſe. ñ colligit̃ clare, ex q̄bus
papa colligit hanc p̄ſumptionē ꝯ illū ꝯ-
ctū in forma emptionis ſcriptū; ꝙ doc.
hic ſparſim & uario mō loquūtur, ꝙ ali
qd ponūt in c. illo uos, ī. de pig. Et qa ma
teria quotidiana ē, expediā intell̃m hu
ius c. & c. illo uos, & quorundā aliorū iu
8 riū enumerando quinq; caſus. † Primus
caſus eſt, cū uēditio fit iuſto p̄cio, & ſo-
lū apponit̃ pactū de retrouēdendo. quo
caſu dic ꝯctū non p̄ſumi uſurariū, nec pi
gnoratitiū, & emptor lucrat̃ fructus, do
nec retrouēdat̃, nec cōputabit in reſtō-
ne fructus in ſortē, ut eſt tex. in l. 2. C. de
pac. inter emp. & uen. Et ꝙ procedat il-
la lex de iure canonico, aperte uult iſta
gloſſ. & clarius Archidiaco. decimaquar
ta queſtio. tertia. cap. plerique, & facit
iſte tex. q nō ſolū pōderat pactū de retro
uendendo, ſed ꝙ nō licebat recuperare
qñcunq;. Item hic interuenerat modici
tas p̄cii, ut ī. clarius dicam. Illud ergo ſo
lū non ſufficit ad prę ſumendum ꝯctum
fęneratitium, ſed ſi contrahentes aliud
9 egerint, tenentur de eis ſatisfacere. † Se
cūdus caſus magis dubitabilis eſt, qñ in

ZACHA.

a De re oneroſa. Adde quod no. in apo. ad iſtum in c. dilecto, num. 13. in uerſi. taciturnitas, non prodeſt, ſ̄. de præb.

SEBA. SAPI.

b Maiori pretio, ad credentiam, latiſſimè tangit Deci. in conſi. 91. per totum, & ibi an contractus ſit uſurarius.

SEBA. SAP.

c Quòd uſurarius. Idem dicit Bal. in l. cum proponebatur, per illum tex. in uerſi. manifeſtā uoluntatem, ff. de leg. 2.

a Qñ cōcurrunt duæ coniecturæ, uidelicet modicitas precii, & pactū de retrouē. p̄ſumitur cōtractus fęneratitius. Et adde Io. de Imo. poſt d. Ant. de But. in c. illo uos, de pig. Pau. de Ca. oīno in conſi. 133. inci. in Chriſti nomine, amen, uiſa peti. p̄dicta. & tenet do. Ale. de Imo. in conſi. 46. in 3. par. per d. Bar. Cæp. in trac. de ſimul. contrac. ubi ample. in uerſi. 6.

Adde Ro. conſil. 102. Fran. de Are. conſil. 75. & 92. Pet. de Anch. conſi. 258.

a Fallit in ruſticis quia, ſi ruſticus emat cum pacto de retrouendēdo, nō poteſt ex hoc dici contractus uſurarius ſm Rapha. Fulgo. in l. ſi quis id, quod. ff. de iuriſd. om. iu. quod multum nota ad practicam.

ANT. FRAN. An pactum de retrouendendo faciat præſumi contractum uſurariū. & qñ, plenè traditur in c. illo uos, de pign. & in c. ad noſtram, de emp. & uen. & per do. Car. in clemen. 1. in §. fi. in 10. q. de uſur. & habetur ꝑ glo. & do. Anto. in ca. conqueſtus, de uſur. & per Alexān. in conſ. 90. in quarta par. conſi. Quādo autem eſt factum cum ruſtico nō ſagace, quē iuris ignorātia excuſat, non dicitur eſſe uſurarium, & tenuit Raph. Ful. in l. cum allegas, C. de uſur. Adde, ꝙ illud uidetur uerum, intelligendo, niſi ſit ruſticus ſagax, per ea quæ no. in l. ſi certis annis, C. de pact. & in l. cum de in rem uerſo, de uſuris.

SEB. SAPI. b Retrouendēdo. Vide Bartho. Vero. in tracta. de ſimul. contract. in 6. caſu princi. ubi uult, quòd ad hoc quòd contractus ſit uſurarius tria requiruntur, pactum de retrouendendo, modicitas precii, & ꝙ emptor ſit ſolitus fęnerari. Sed quòd duo ſufficiant, cōſuluit Alex. in cōſil. 46. incip. circa præſentis conſilii materiam, in 1. dubio, in 3. uolum. And. Sicu. in conſi. 51. incip. ſcripſit ſapientiæ fons, col. 1. cum ſequen. in 1. uol. hic autem diſtinguitur, ut per eum.

a teruenit pactū de retrouēdēdo[a] pro modico p̄cio. nūquid ex iſtis duob⁹ dēt prę ſumi ꝯtus fœneratitius? & iſte eſt caſus magis dubitabilis. Dy. poſt Iac. de Are. in l. 3. C. plus uale. quod agitur, tenet ꝙ non; etiam ſi concurrat tertium, ꝙ emptor ſit uſurarius: nititur reſpondere ad iſtud. c. & c. illo uos, nec aliter declarat. de iſta glo. iuncta glo. ſequenti uidetur uelle, quòd hęc duo ſufficiant, & apertius tenet glo. quam ſemper not. in c. cōqueſtus, de uſuris, & Arch. in d. c. plerique, & ſentit do. Anto. in d. c. illo uos. Hoc tamen expreſsè non probatur in iure: quia in hoc capitulo fuit præſumptio magis urgens: quia fuit appoſitum pactū de retrouendendo a ſeptennio uſque ad nouennium, & ſic non licebat recuperare rem uenditam quandocunque: ſed uolebat interim lucrari fructus cauſa uſurę: dictum tamen in ſe uidetur uerum & notabile; quia ex modicitate precii prę ſumitur qualitas contractus, ut eſt glo. no. in l. 1. ff. de ſuperficiebus, & per Bar. in l. cotem. §. qui maximos, ff. de publi. & facit text. in l. cum hi §. modus, ff. de tranſact. Nam nęmo præſumitur iactare ſuum. c. ſuper hoc, de renuncia. & in l. cū de indebito, ff. de prob. Puto tamen, ꝙ non ſufficiat quęlibet iniuſtitia precii: ſed debet eſſe precium ualde tenue reſpectu ualoris rei duplici reſpectu. Primò, quia contrahentes ſolent ſe decipere in precio. Secundò, quia res minus ualet propter illud onus retrouendendi in uenditione appoſitum, argumen. in l. fundi partem, ff. de contrahend. emptio. & maximè hoc procederet, ſi emptor eſſet uſurarius. Et no. hunc caſum: quia quotidie accidit; & habes notabiles authori-

10 tes. † Tertius caſus eſt, quando fit pactū

b de retrouendendo[b] certo termino elapſo pro modico precio; & talis cōtractus prę ſumitur fœneratitius; & iſte eſt propriè caſus huius c. Nam prę ſumptio eſt ꝙ interim uoluerit fictus emptor lucra-

11 ri fructus. † Quartus caſus, quando fuit appoſitum pactum de retrouendendo in cariori precio, & ꝙ fructus computarentur in ſortem, & ille contractus prę ſumitur fœneratitius & iſte eſt proprius caſus. c. illo uos, & oritur hęc præſumptio ex pacto appoſito contra naturam contractus. Nam ſi erat uera uenditio, debebat emptor lucrari fructus. Illud enim pactum congruit magis naturę contractus pignoratitii, & illud quod ualuit ultra primum precium, prę ſumitur extor

12 tum cauſa uſuræ. † Quintus & ultimus caſus eſt, quando quis petebat mutuum, offerendo rerum ſuarum hypothecam, & alter dicit, nolo mutuare, ſed emere; & ſic ſecutus fuit contractus emptionis. quo caſu dicit Ho. ꝙ ex hoc ſolo noſtri uſurarii moderni conuincuntur. Sed uidetur uelle Ho. ex illis uerbis, ꝙ oportet, ꝙ emptor ſit uſurarius: aliàs autem ego non uideo, ut illa prima requiſitio per ſe ſufficiat. Nam ſępe quis uellet recipere mutuum, & non reperiret mutuantem: ſed facilius reperit emptorem rei, quā uult obligare. Sed poſſet procedere illud dictum, quando uenditio fuit ſecuta pro illa pecunia, quā petebat mutuo. Nam tunc modicitas pręcii cum prę ſumpta uoluntate, quę colligitur ex prima requiſitione, prę ſumitur, ꝙ contractus ſit uerè pignoratitius; quod in dubio procederet, quando cum hoc fuit appoſitum pactum de retrouendendo; & per hęc habes multa iura declarata & reſponſionem ad contraria formata in ſequenti gl. Nā ſola modicitas precii, non eſt ſufficiens argumentum doli: ſed oportet ꝙ concurrant alię prę ſumptiones, de quibus ſ.

SUMMARIUM.

1 *Emens minoris ultra dimidiam iuſti precij, uel habet ſupplere reſiduum, uel rē reſtituere recepto precio.*

2 *Libellus alternatiuus & incertus tunc ualet, quando incertitudo non reddit rē dubiam, aliàs regulariter non procedit.*

3 *Venditor deceptus, etiam in minima ultra dimidiam iuſti precij, habet priuilegium, de quo hic.*

4 *Vendens ultra dimidiam iuſti precij, an & quando illud, quod plus ualet, cenſeatur donare emptori.*

5 *Procurator habens generale mandatum ad uendendum, ſi fuit deceptus, an dominus poſſit contrauenire?*

6 *Deceptus ultra dimidiam iuſti precij poteſt uenire contra, etiam ſi in tali uenditione interuenerit decretum iudicis.*

*Minor reſtituitur aduerſus alienationem, licet interuenerit decretum iudicis & authoritas tutoris.*

7 *Tranſactio facta ultra dimidiam poteſt reſcindi. Item omnis contractus bonæ fidei, & contractus emphyteoticus. 8.*

9 *Deceptus ultra dimidiam iuſti precij poteſt agere remedio iſtius c. uſque ad 30. annos.*

*Reſtitutio in integrum, & omne remedium extraordinarium competit uſque ad quadriennium.*

10 *Preſcriptio cōtra eccleſiam regulariter eſt anno 40. tamen ſi ipſa agat aliqua ex actionibus, quæ finiuntur aliquo minori ſpatio, finito illo ſpatio, non aget.*

11 *Minor ſi iurauit de non contrauenienendo, licet non poſſit reſtitui, tamen poteſt, ſi fuit deceptus ultra dimidiam, uti beneficio iſtius c.*

*Renuncians fauori ſuo cum iuramento non oportet, quòd certioretur ad quid competat talis fauor.*

12 *Notario aſſerenti in inſtrumento aliquid feciſſe, non creditur ei. Nam creditur notario in eo, quod eſt geſtum coram eo, non ad id, quod ipſe geſſit.*

13 *Ignorantia iuris diuini uel naturalis neminem excuſat.*

*Minor ex aliquo contractu iurato per ſe facto, ſi ſenſerit ſe enormiter læſum, poteſt petere abſolutionem a iuramento.*

*Venditor ultra dimidiam iuſti precij deceptus etiam ſi dixerit, dono id, quod plus ualet, etiam in magna quantitate, & iurauerit, poteſt ratione enormiſſimæ læſionis petere abſolutionem a iuramento, ſiue fuerit minor, ſiue maior.*

*Minor ſemper præſumitur deceptus.*

*Abſolutio a iuramento poteſt peti in omni caſu, in quo quis fuit deceptus.*

CAP. VI.

CVm cauſa. Summa, ut in c. dilecti, ſ. eo. & eſt pars. c. cum cauſam, ſ. de te

1 ſti. Caſus literalis. † Monachi ſancti Martini de mōte, uendiderunt quędam caſamenta F. & R. ciuibus Viterbienſ. in qua uenditione dicebant monachi, ꝙ monaſterium deceptum erat ultra dimidiam iuſti precii; cā ſuper hoc delata eſt ad papam. Quia conſtitit domino papę monaſterium deceptum fuiſſe in illa uenditione ultra dimidiam iuſti precii, ſententiando decernit, ut prędicti ciues, aut recepto precio reſtituant poſſeſſiones: aut ſuppleant q̄tū conſtiterit iuſto precio defuiſſe tpe uēditio

2 nis. Ber. † No. 1. caſum, in quo procedit libellus incertus & alternatiuus. Nam ſufficit in libello proponere, ꝙ res ualebat lōgè plus; & ꝙ uēditor fuit decept⁹ ultra dimidiā iuſti precii,



a Valorē. Adde quæ requirantur ad reſcindendū contractū rōne non iuſti precii, & quæ dicatur dimidia precii, Alex. conſi. 114. 4. li. ANT. FRAN. Quod dicatur eſſe iuſtū p̄ciū, dicas, ꝙ qñ lis eſt d̄ p̄cio iuſto īter emētē & uēdētē, illud eſt in arbitrio iudicis ſm Bar. in l. non dubiū, in §. fi. ff. de le. 3. in ult. col. C. de pig. & hr̄ per Bald. in l. per diuerſas, in. 12. q. C. manda. Et ꝙ iuſtū p̄cium debet æſtimari ꝑ iudicē, facit tex. ī l. & ſi æquo. & ibi ꝑ Bart. ad fi. ff. de leg. 1. & Bar. in l. ſi fundus, in. §. pōt, ff. de pig. ubi dixit ꝙ iudex cogit partes ad eligendum æſtimatores: uel quod ipſemet eligat; & hoc uerum, qñ contentio eſt inter partes. alias iuſtū precium dr̄, quod cōmuniter reperitur ab oīb⁹ uolentibus emere, ñ ab uno, uel duobus tm̄, ut eſt glo. in l. 2. de reſcin. uēdit. in uer. iudicis, & hr̄ per Ale. poſt Ang. & Rapha. in l. qui Romę, in. §. cohęredes, ff. de uer. obli.

SEB. SAPIA. b Quòd ſufficit. Hoc in tm̄ procedit, ꝙ etiam ſi nō eſſet deceptio ultra dimidiā, niſi in uno nūmo, hęret locū quod hic dr̄ ſm Bal. in l. 2. q. 12 C. de reſcin. & ī c. cum cā, ſ. de teſti. Et tenet Fabric. de Monte, in tract. de emp. & uendit. in 8. princ. qō. col. 3. uer. 1. igitur q̄ro.

c Plus ualebat. Adde An. de Bu. cōſ. 46. Bald. conſ. 4. 5. lib.

SEB. SAP. c Valebat. Vide Bal. in cōſi. 3. inci. caſus talis eſt, in tertia ꝑte. ubi ponit duplicē cauſā ad faciendum, ꝙ illa uerba, & ſi qd plus, &c. excludāt remedium d. l. 2. & unam ponit Ang. Aret. in. §. actionū, colū. 9. inſtitut. de actio. Alterā Feli. in c. ſi cautio, col. 13. uerſ. fallit ulti. ſuprà de fide inſtrumen. dixi latè in repe. dicta. l. 2. C. de reſcinden. uend.

precii; nec eſt opus a̅r determinare deceptionē. Et ſatis eſt cōcludere alternatiuè, ut peto rē reſtitui, uel iuſtū p̄cium ſuppleri. & hoc iō, qa īcertitudo ñ reddit rē dubiā: ſed hr̄ ꝓ certo in iſto caſu: a̅ls aūt r̄r nō procedit libellus alternatiuus, ut no. ī c. cōſtitutus, d̄ ī īte. reſti. Et de libello formādo in hac mā, & de mō

a ꝓbādi certū ualorē[a] rei. uide ꝑ Bar. in l. 2. de reſcin. uē. & qd̄ no. ī c. cū cām, ꝓall.

3 † Scd̄ò no. ꝙ ſufficit[b] q̄tūcūq; modica de

b ceptio ultra dimidiā iuſti p̄cii ad hoc, ut ꝯtus veniat emēdādus. Quare aūt reqratur deceptio ultra dimidiā, dic, ꝙ ex eo, qa ubi uitiū eſt potēti⁹, q̄ rō fauēs ꝯtui actus denominaē à potentiori, arg. in l. querit, ff. de ſta. ho. vñ ꝯtus iſte vr̄ uitioſus ex tāta deceptione: ſed ubi rō fauēs ꝯtui ē potētior, qa p̄ciū ē maius, quā deceptio, uel ſaltē ęquales, tūc ꝯtus ſuſti-

4 neē. † Sed opp. ꝯ tex. nā qſq; p̄ſumiē ſcire ualorē ſuę rei. l. qſqs, C. de reſcin. uēd. ergo vēdēdo ꝓ minori p̄cio vr̄ uoluiſſe donare id, qd̄ erat plus, arg. in l. Cāpan⁹ ff. de ope. li. & in. c. fi. j. de ſo. ergo talis ꝯtus nō dēt reſcindi p̄textu deceptiōis ꝑ tex. no. in l. cū donationis, ff. de ꝯhen. emp. vbi dr̄, ꝙ ſi donatiōis cā qs vēdidit pro modico p̄cio, nō audiē uolēs uenire ꝯ uolūtatē. Sol. cōclude, ut colligitur & no. in d. l. 2. & l. ſi qs cū a̅r, de verb. ob. ꝑ Bar. Aut uerò qs ſciebat ualorē rei, & uēdidit ꝓ minori p̄cio; & ñ audiē uolēs ꝯuenire. Aut ignorabat, uel ſumus in dubio, & audiē eoipſo, ꝙ eſt deceptus ultra dimidiā. Nec obſt. ꝙ ius p̄ſumat eū ſcire: qa illa p̄ſumptio, ꝙ qs nō p̄ſumaē iactare ſuū, & ꝙ in dubio nō eſt p̄ſumenda donatio, cōfundit illā primā p̄ſumptionē, & p̄ſumiē qd̄ ignorāter fecit. Nā fortior p̄ſumptio elidit minus fortē, ut in c. lr̄as, de p̄ſump. Et licet iſte vēditor fuerit in culpa, ignorādo p̄ciū rei ſuę: emptor tñ ita enormiter eū decipiēdo p̄ſumiē ī dolo fuiſſe: uel ſaltē interuenit dolus re ipſa, & dolus ex ꝓpoſito, & in re ipſa ęquiparātur, ut in d. l. ſi qs cū a̅r. dolus aūt p̄pōderat culpę, ff. ad l. Aql. l. itē ſi obſtetrix. Sed ſi vēditor dixiſſet in ꝯtu ſe do

c nare, qd̄ pl⁹ valebat[c], tūc vr̄, ꝙ nō poſſet ꝯuenire ꝑ d. l. cū donatiōis: qd̄ tñ nō placet Bar. in l. 2. & l. ſi qs cū a̅r. arbitraē. n. ꝙ illa uerba gn̄alia dēant reſtringi ad modicā q̄titatē ꝑ. l. hęc actio, ff. de uer. obl. niſi fiat mētio, ꝙ donabat, qd̄ pl⁹ ualebat, ſiue in parua, ſiue in magna quātitate, &c. quod ſatis placet. Et ex hoc ſume cautelā in vēditiōe fiēda, ut vēditor adiiciat illa uerba in fi. ꝯtus, ſ. dono qd̄ eſt pl⁹, ſiue ſit magnū, ſiue paruū. Secūdò opp. vr̄ ſufficere minor deceptio citra dimidiā iuſti p̄cii, arg. in l. ſi libertus, ff. de oper. li. Nā ſi arbitrator, q eſt cōpoſitor inter partes; lædit nimiū aliā partē, pōt peti reductio ad arbitriū boni uiri, ut in c. ueniēs, & in c quintauallis, de iureiur. & in. l. ſi ſocietatē. §. arbitrorū, ff. ꝓ ſocio. Sol. lex illa loqtur in deceptiōe; quā quis paſſus ē ꝑ imprudētiā alterius; ſed hic qñ ꝑ īprudētiā ſuā, iō minus eſt illi

5 ſubueniēdū. † Sed Bar. ſub dubio, fortè, in d. §. arbitrorū, dicit, ꝙ ſi ꝓcurator habat gn̄ale mādatū ad vēdēdū, & fuit decept⁹ in ſeptima parte totius, audieē dn̄s volens ꝯuenire, ſi ꝓcurator nō eſt ſoluēdo, & eſſet ſingulare dictū, ſi cōtinet in ſe veritatē. Sed dubito, an ſit verū. nā ꝓcurator repreſentat ꝑſonā dn̄i, & imputādū eſt dn̄o, ſi talē negligētē eligit: & ꝓ hoc bo. tex. in. l. cū mādato, in fi. ff. de mino. Nā ibi eſt ſpāle ī minori, ut audiaē ꝑ bn̄ficiū reſtōnis in integrū ꝓꝑ negligentiā ꝓcuratoris, ſi ꝓcurator nō eſt ſoluēdo ergo ſecus in maiori. Aliud aūt eſt in arbitratore. Nā ille eligiē tāquā bon⁹ vir: iō ſi facit ꝯriū, p̄t peti reductio ad arbitriū

6 boni viri. † Et uide aliā ſingularē limita

d tionē Bar.[d] in. l. 1. C. de p̄diis curia. lib. x. vbi dicit, ꝙ ſi ī ꝯtu interuenit decretum iudicis, nō audiē ꝑs p̄textu læſiōis; quaſi decretū iudicis excludat oēm p̄ſumptionē fraudis. Sed nō puto hoc verū; qa licet ſit p̄ſumptio, ꝙ ñ īteruenit deceptio, nō tñ ē ſufficiēs ad repellēdū ꝓbōnē in ꝯriū. Nā uidemus in minore, q vēdidit cū decreto iudicis & authoritate tutoris ꝙ audiē petēs bn̄ficiū reſtōnis, vt ī. l. 1. & 2. & l. magis puto. §. pē. ff. de reb. eorū; ad idē. c. 1. de reb⁹ eccleſię nō alie. lib. 6. In gl. 1. tene opi. gl. nā ſm aliā opinio. non eēt reperire caſum deceptiōis in vēditore. Nā ſi res ualeret decē, oporteret ꝙ daret ꝓ nihilo, uel ꝓ minori; qd̄ nō eſſet poſſibile. Nā emptio eſſet ſine p̄cio, inſti

7 tut. eodē. §. preciū. † In glo. finali, ibi: *ſecus eſt in tranſactione*, & hoc tenet Vin. Tan & Ioānes, & aliq legiſtæ in l. Lucius, ff. ad Trebellianū. ſed gl. hic, & Bar. in l. ſe-

uendi. in lect. & in re. in uerſicu. ſuper quarta, & Imol. in. l. precia rerum, ff. ad legem Falcidi. Et ibi uide plenè do. Alex. de Imol. in. 4. & 5. colum. & in. l. pacta nouiſſima, C. de pact. & Imol. & Roma. in. l. ſi quis cum aliter, ff. de uerb. obli. Et idē Bart. ſibi contrarius in. l. 1. C. de præſcri. 30. annorum. ubi tenuit cōtrariam ſententiam, nam in uenditiōe, quæ fit ꝑ ſubhaſta. requiritur decretum iudicis, & tamē uult ibi Bart. reſcindi talem uenditionē remedio d. l. 2. quāuis in hoc ultimo contrarium tenuerit Angel. in repe. l. ſciendum, ff. de uerbo obligat. allegans d. l. 1. ſed dictum Ange. nō eſt tenendum, & allego contra ipſum caſum ad literam in. l. ſi quis, C. de reſcind. uendi. ubi dixit text. ſingu. ne ſubhaſtationis nomine publicæ relinquatur occaſio fraudibus. Itē adduco. Nam ad hoc, ut uenditio rei eccleſiaſtice ualeat, requiritur ſaltem de iure ciuili quod interueniat ſubhaſtatio, auth. hoc ius, C. de ſacroſanct. eccle. Et ſic ſi eſſet uerum dictum Ange. d. l. 2. C. de reſcind. uendi. non haberet locum in re eccleſi. quod eſt contra iſtum tex. & in. c. cum dilecti, ſ. eo. cum ſi. Item adde, quod aliam pulchram limitationem ad. d. l. 2. poſuit Bald. in. c. 1. in 2. col. qualiter do. proprie. priu. feu. in ubſi. feud. ubi uoluit ſingulariter, quod ſi res, quæ ualebat centū, ſit uēdita ꝓ x. cum pacto, quod ſi in paſchate dicta. 10. non ſoluerent, quod adimpleatur iuſtum precium, quod hoc caſu non haberet locum remedium. d. l. 2. eo. quia ſufficit prouiſio contrahentium. Sed contra hoc ſingula. dictum Baldus facit quod uoluit gloſſa nota ordinatione & approbata per omnes ibi. C. de iure emphyteotico, in uer. repellere, circa medium, ubi uoluit nota. quod prouiſio hominis non facit ceſſare prouiſionem leg. quæ ſit de iure communi, uel ordinaria, ſed remedium dictę leg. ſecundę eſt prouiſio iuris communis & generalis, & non ſpecialis, ſecundum Bartolum ibi in dicta lege ſecunda in prima columna. ergo, &c. & dicit dominus Iaſon de Mayno in hoc ultimo in dicta lege ſecunda ſuper dicta gloſſa in. cxxiiii. columna.

d Pro qua opin. Barto. facit gloſſ. in l. actor, ff. rem ratam haberi. & idem tenuit Bald. & Ange. in dicta. l prima, & Bald. in l. tranſact. C. de tranſact. & etiam tenuit Ange. in conſi. 138. incipien. uir uxori. Idem Ange. in repeti. l. ſciendum, ff. de uerbor. obligat. Et adde, quòd domin. Alexan. de Imo. in addi. ad Bartol. in dicta. l. prima. C. de prædi. cur. etiam oppo. contra iſtam limita. de. l. ſi quidem C. de præ. minor. & ſoluit, ut ibi per eum. Item adde, quod etiam contra Bartol. tenet Bald. ſibi contrarius in. l. 2. C. de reſcinden.

cunda' prӕallega. & in. l. ſi quis cum
a aliter,[a] tenēt ꝯriū: dn̄t tn̄, ꝙ in cōſideranda deceptione ultra dimidiam iuſti p̄cii nō debemus cōſiderare uerū ualorē rei petitæ, ſicut fit in aliis ꝯ̄ctibus, ſed dubiū euētū litis; ita rn̄det ad d.l. Lucius. Bal. tn̄ in d.l.2. ſecutus fuit hāc opi. gl. dicēs, ꝙ in actu liberatorio, ut eſt trāſactio, nō
b habet locū remediū huius c. & l.[b] 2. arg. ī l. ſi inter, ff. de pact. Itē, qa nō dr̄ lęſus is, q remittit ꝯ̄ctū incertū in cōditionis euētū. Nā fortè iſte ſuccubuiſſet. Sed mihi plus placet prima opi. nā ſatis eſt hūc eſſe deceptū ultra dimidiā, habito reſpectu ad dubiū euētū litis. Itē is, q eſt ita enormiter deceptus, non vr̄ habuiſſe animū deliberādi, ar. in l. tres fratres, ff. de pact. Itē ex parte rei cōuēti nō ꝓcederet opinio Bal. qa reus deceptus non liberat
8 actorē: ſed ab eo liberaſ. † Sed eſt dubiū an habeat locū diſpoſitio hui' c. in aliis ꝯ̄ctibus. Ioā. And. in c. cū dilecti, ſ̄. eo. facit ſolū ibi mētionē de ꝑmutati. & locatio. Et dicit, ꝙ idē eſt in eis: qa nō multū diſtāt a uēditione. Sed Bal. & Bar. in d.l. 2. tenēt gn̄aliter idē eſſe in oībus aliis ꝯ̄ctibus bonęfidei. Nā uerbū, uēditio, largo mō ſumēdo cōprehēdit oēm ꝯ̄ctū, ꝑ quē trāsferſ dn̄iū. l. ſtatuliber. ff. de ſtatu lib. Idē dicūt eſſe in ꝯ̄ctu emphyteotico;
9 & uide ibi qd in ꝯ̄ctibus ſtricti iuris. † In ea. gl. ibi, agaſ condictione ex eo ꝯ̄ctu. Et hāc opi. 3. ſequiſ gl. in d.l.2. C. de reſcin. uēd. & ſequunſ Bar. & Bal. Tn̄ tenēdo primā opi. ꝙ agaſ offō iudicis, n̄ ꝓcedit dictū gl. ut debeat agi intra quadriēniū: qa illud tp̄s ꝯpetit dūtaxat, cū petiſ reſtitut. ī integ. & ſic ꝑ offō ex̄ordinario: ſed ſec' ē, qn̄ īploraſ officiū loco actionis. Nā cū
f habeāt uiā ꝑparatā a iure cōi, durat tāto tp̄e, ſicut actio perſonalis, in cuius loco ſuccedit, & ſic durabit ꝑ 30. annos; ad hoc l. ſicut, C. de p̄ſcrip. 30. anno. qd̄ not. in c.2. de offic. iudic. Siue ergo competat officiū iudic. ſiue cōdictio ex lege, ſiue actio ex eo ꝯ̄ctu, poterit agere deceptus uſ
10 que ad 30. annos. † Et not. bn̄ referendo gl. ad tex. ꝙ licet regul'r ꝯ̄ eccleſiā nō currat p̄ſcriptio, niſi 40. anno. ut ī c. de quarta, de p̄ſcrip. tn̄ in iſtis actionibus ꝑſonalibus nō daſ tm̄ tēpus: ſed finiūt uitā ſ̄m diſpoſitionē iuris ciuilis, a quo cū limitatione illa inuētę ſunt. Et idē dic de aliis actionib', quarū aliquę clauduntſ ſemeſtri, uel anno, uel bie-
c nio, ut in actione[c] quāto minoris, & in redhibitoria, & ī actione de dolo, & in actionibus p̄toriis, & ſimili. & hæc no.
11 pro limitatione ferè totius tit. de p̄ſcrip. † In ea. gl. ibi: *ſed quid dices*. Not. hāc particulā uſq; ad finē: qa quotidie eſt in practica, & uult gl. in effectu, ꝙ in minori iur̄m de nō ꝯueniendo operaſ ſolùm reſpectu bn̄ficii ætatis: qa nō poterit petere reſtitutionē in integrū; ſed nō excludit minorem a bn̄ficio iſtius capituli, qd̄ cōpetit cuilibet maiori: qa iur̄m ſolū reprӕſentat eū maiorē; & hāc opi. tenet Hoſt. in c. cum cōtingat, de iureiurā. Sed Pet. de Bellaper. ut not. in d.l.2. tenuit minorē excludi ab omni bn̄ficio: qa ex quo confusè & generali ſermone iurauit, fecit ſibi p̄iudiciū reſpectu cuiuſlibet bn̄ficii. Nā q totū dicit, nihil excludit. 19. diſt. c. ſi Romanorū. Ioā. And. hic refert ſeriosè cōſiliū Din. q de facto
d cōſuluit minorē non excludi,[d] ēt a bn̄ficio ętatis, niſi prius fuerit certioratus de beneficio ſibi a iure cōp. Mouetſ inter cętera: qa iuri, qd̄ ignorat, nemo renūciare p̄ſumiſ; ad hoc l. legitima, ff. de pet. hęr. & minor p̄ſumiſ ignorare ius l. cū de indebito, ff. de ꝓbat. not. 1. q. 4. c. turbat. §. notādū. Itē dicit, ꝙ uidemus in muliere renūtiāte bn̄ficio uelleiani. Nā ſi nō fuerit certiorata, nō p̄iudicat ſibi renūtiatio, ut eſt gl.
12 not. in l. fi. §. pe. ff. ad uelleia. † Cōcludit ergo tā in muliere, quā in minore, ꝙ iur̄m nō operaſ excluſionē bn̄ficii eorū: ſed perinde eſt, ac ſi ꝯxiſſet ſine iuro; & cū hac opi. Din. tranſit hoc Ioā. An. Et reperio Fede. cōſi. 299. idē cōſuluiſſe: &
e plus[e] dicit ēt, ꝙ ſi in inſtr̄o dicaſ, ꝙ minor fuit certioratus a notario, nō ꝑ hoc inſtr̄m facit fidē de certioratione: quia crediſ notario in his, q̄ geſta ſunt corā eo: ſed nō facta a ſe, ut in l. oībus, C. de teſt. qd̄ dictū ualde not. uide tn̄ qd̄ no. In no. in c. qm̄, de ꝓba. Nā practica cōis eſt in ꝯtrariū: qa ſemp notarius atteſtaſ de certioratione facta a ſe. Hāc opi. p̄miſſam ſentit Cy. in d.l.2. §.3. ſed Bar. in d.l.2. & clarius in l. ſciēdū, ff. de uer. obli. tenet ꝯtrariū, ut non requiraſ aliqua certioratio: qa ſaltē ſcit in genere ſibi ius cōpetere ꝯtraueniendi: aliàs nō iuraſſet; & dicit ſe ita cōſuluiſſe, & ꝙ multi canoniſtę tūc idē ſenſerūt; & uide Arch. in c.2. de pactis, li. 6. vbi idē tenet. Et facit ille tex. q nullā mētionē facit de certioratione; ad idē auſ. ſacramēta puberū, C. ſi aduer. uē. Idē vr̄ ſentire Collecta. in c.1. de pac. d. Ant. dicit, ꝙ in dubio p̄ſumēda eſt certioratio: qa non eſt veriſimile aliquē uenire ad actū iuri ſine certioratiōe: ſed ubi ꝯſtaret eā nō interceſſiſſe, tenet illā opi. Cy. qa ignorās nō ꝯſentit. Et ꝑ hac opi. facit dictū Ioā. And. in c. uno, de cōmo. ubi dicit, ꝙ licet qs ſe obliget de oībus caſibus[f] fortuitis; non tn̄ obligaſ de omnibus. Mihi plus placet opi. cōtraria. nā ut dicit Archi. iura in nulla parte requirūt hāc certioratione; & ſatis eſt, ꝙ in
13 genere uoluit a ſe abdicare oēm facultatē ꝯtraueniēdi. † Itē iur̄m eſt de iure diuino, & īnitiſ iuri nāli, cuius ignorantia neminē excuſat. 38. diſt. ſi iuxta Apoſtolū, & l.2. C. de in ius uoc. ſi tn̄ minor eſſet enormiter lęſus, poſſet petere abſolutionē iuri, arg. opti. in c. cū cōtingat, de iureiu. & in c.2. de pac. lib. 6. & idē refert d. Ant. in d. c. cùm cōtingat, ſe conſuluiſſe. Itē ſ̄m eū, ſi interuenirēt uerba magis ſpecificè, ut qa dixit minor ſe uelle donare totū, qd̄ plus ualet, ēt in quātitate magna: qa in minori p̄ſumiſ deceptio, arg. in l. ſi quis cū ſciret, ff. ꝑ emp. Et idē crederē dicēdū ī maiore, ut poſſit petere abſolutionē a iuro rōne enormiſſimę leſionis, intelligēdo, ꝙ nō donauerit, qd̄ plus ualebat: qa nō p̄ſumiſ conſenſiſſe in tāta deceptione. Itē iur̄m vr̄ illicitū ex parte recipiētis, cū interuenerit ex parte ſua dolus ex propoſito, uel re ipſa; & quo caſu competit abſolutio a iuro iuxta not. in c.1. & c. debitores, de iureiur. & hęc not. quia quotidiana.

a SEB. SAPIA. In l. ſi quis cum aliter. Vide Iaſ. ibi latiſſimè, col. 6. & Alex. in conſi. 89. col. 3. vol. 2. & d. Fran. Cur. in conſi. 66. col. penul. ubi dicit cōmunem opi. eſſe, ꝙ in tranſactione non habet locū remedium. d.l.2. ut latius ibi dixi.

b Remedium huius c. & l. adde uidendum Alex. conſi. 42. 1. lib. & conſil. 89. 2. lib.

c Not. bene ꝙ in omnibus præſcri. annalibus, ut ſunt regulariter oēs actiones p̄torię. Item actio de dolo. Item quanto minoris, eodē modo in præſcriptionibus ſemeſtrib', ut eſt in redhibitoria: in omnibus iſtis ita p̄ſcribitur ꝯ̄ eccleſiā ſicut ꝯ̄ priuatum; qd̄ notu canoni. Et adde ꝙ idē expreſſè tenet gl. in auſ. quas actiones, in uer. durantibus, C. de ſacroſan. eccle. Io. Fab. ibi & expreſſè dicit tex. ī auſ. hęc cōſtitutio innoua conſti. in §. ſed hoc de triennio, & gl. no. in uer. annorū, in §. ꝑ tēporalibus, in auſ. de eccle. titu. Adde, ꝙ Io. de Imo. conſi. 30. ſequtur opi. tertiam.

SEBA. SAPI.

d Minorem nō excludit. Vide And. Sicul. in conſi. 53. incip. p̄clarè ſcripſit, col. 3. & col. 10. in 2. uol. & in conſi. 55. inci. præclarè ſcribitur, in ſi. eo. uol. & Fab. de Monte, in tracta. de emp. & uendi. in 8. q. principali, col. 6. ubi tenet, ꝙ requiriſ certioratio: ſed ꝯtrariū tenet Alex. in conſi. 42. col. 4. in 1. uol. & in conſi. 127. inci. uiſo ꝓceſſu, in 2. uol.

e Iſtud dictum ēt refert & cōfirmat ratione ipſemet Panor. in c. cum cauſam, in 3. col. circa med. Adde etiam, an iuramētum tollat remedium. l.2. Alex. cōſi. 205. 1. li. & 99. 2 lib. Ant. de But. conſi. ſ̄. alleg. 46. Et an requiratur certioratio in minore, per Alex. conſi. 54.

ANT. FRAN. An iuramentum tollat remedium. l.2. de quo hic, dicas ꝙ ſi iuratū eſt ſpecificè ſuꝑ illo remedio credo, ꝙ tollat: quia ex quo iur̄m pōt ſeruari abſq; interitu ſalutis ęternæ, illud debet ſeruari. c. debitores, & c. cum contingat, de iureiuran. Sed ſi non eſſet iuratum ſpecificè ſuper illius. l. remedio, ſed ſolùm ſuper contractu, non putarem, ꝙ tale iur̄m ſe extenderet ad remedium illius l. quia non præſumitur quis remittere qd̄ ſuum eſt, & illud uelle iactare, ut in l. cum de indebito, ff. de probatio.

f Omnibus caſibus. Adde Alex. conſi. 61. ubi latè. 1. lib.

*S U M M A R I U M.*

1 *Vēditor tenetur regul'r de euictione, niſi in quibuſdā caſibus in iure expreſſis.*
2 *Emptor moleſtatus in re empta, debet denunciare iudicium uenditori ante, quàm iudicium finiatur; aliàs non aget de euictione, & non ſufficit ſimplex denunciatio; ſed ut ueniat ad ſe defendendum. nu. 3.*
4 *Eccleſia ligatur legibus ciuilibus loquentibus de euict.*
5 *Venditor non tenetur de euictione, ſi non fuit ſibi iudicium denunciatum, uel ſi emptor ex contumacia fuit condemnatus, uel ſi emptor fuit propter iniuriā condemnatus.*
7 *Venditor non tenetur de euictione, ſi emptor extraiudicialiter de facto perdit rē ſecus ſi iudicialiter, licet de facto, dummodò denuntiauerit uenditori*
*Defenſio promiſſa de iure & de facto intelligitur, ſi de facto moueatur qu actio in iudiciu, ſecus extra iudicium.*
8 *Clericus uenditor tenetur defendere rem uenditam laico in foro ſeculari.*
9 *Venditor certus de lite mota contra emptorem ſuper re uendita adhuc debet per emptorem denuntiari.*
*Certus, an & quando debet denuntiari.*
10 *Donator an & quo caſu teneatur de euictione.*
11 *Venditor denunciatus ab emptore ſuper lite mota in re empta, tenetur ad omnes expenſas, ſiue emptor obtinuerit, ſiue non.*



## C A P. VII.

1 SI uenditori. † Euicta re teneſ uenditor de euictiōe, niſi in caſib. hic expꝛſſis, uel aliter & ſic ponit tres caſus, in qb. re euicta nō teneſ uēditor emptori de euictiōe, & ē Gregorii. Caſus literalis. Aliqs uēdidit rē ſuā Titio. mouetur Titio qō de re illa ſibi uēdita. dr̄ hic, ꝙ ſi Titius nō denūciauerit uēditori iudicio inſtituto ꝯ̄ ip̄m, ut rē ſibi uēditā, defendat, uel ſi Titius contumaciter ſe abſentauerit tꝑe ſnīę, uel ꝑ iniuriā ſnīa iudicis lata fuerit ꝯ̄ ip̄m, ꝯ̄ ſuū uēditorē de euictiōe agere nō ualebit. Ber. † No. 1. ibi: *poſt inſtitutum iudicium*, ꝙ denūtiatio neceſſariò nō eſt fiēda uēditori in primordio iudicii, ſed ſatis eſt, ꝙ fiat poſt inſtitutū iudi-
2 ciū, & ſic poſt lit. cōte. de hoc. ī. lati' dicā gl. † No. 2. qd dēt emptor denūtiare uēditori. Nō. n. ſufficit ſimpl'r ſibi intima
a re[a] litē inceptā ꝯ̄ eū, ſed ut ueniat ad defendendū eū. † No.
3 3. ꝙ iura ciuilia loquētia de euictiōe ſeruāſ in foro eccl'iaſtico, & ſic uſ, ꝙ ſi eccl'ia emerit, & nō denūtiauerit uēdito-
5 ri, nō hēt regreſſum de euic. † Vlti. no. rl'am hic tacitè poſitā cū trib. caſib. exceptis. Rl'a eſt, ut ēptor hēat regreſſum d' euictiōe ꝯ̄ uēditorē, qa tenebaſ uēditor rē tradere cū effectu. l. exēpto, ff. de act. emp. Rō primę exceptiōis eſt, qa uenditor, ſciuiſſet melius rē uenditā defendere, cū magis ſit certus & inſtructus de iure ſuo. un̄ p̄ſumiſ, ꝙ ēptor ꝑdit cām nō propter nullū ius, ſed ꝑꝑ ignorātiā iuris cōpetētis uēditori. nā emptor p̄t uti iure uēditoris. l. ēptor, C. de euic. Rō ſecūdę exceptiōis eſt, qa data cōtumacia ēptoris, ſnīa uſ lata ꝯ̄ eū nō ꝑꝑ defectū iuris, ſed ꝓpter negligētiā ſuā, & delictū, ideo īputari dēt, nō uēditori. Rō tertiæ exceptionis eſt qa iniuria facta ēptori reputaſ qdā caſus fortuitus, qui nō īputaſ creditori, imò ſtatim poſt factā emptionē res uendita perit emptori. l. neceſſariò, ff. de pericu. & cōmo. rei uen.
6 † Sed dubiū ē, qd ſi ſnīa fuit lata ꝑ iniuriā[b] iudicis ſine cul
b pa ēptoris? Doc. inſtāt. ſed dic, ꝙ idē. Ad hoc. l. ſi ꝑ īprudentiā, ff. de eui. nā ubi patet īprudētia, ſeu error iudicis, nocet emptori. ergo & iniuria ſine culpa ipſi' ēptoris, & hoc tenet Bar. ī l. exceptiōe, ff. de fideiuſ. Secus dicit ī ſnīa lata ꝯ̄ fideiuſſorē ꝑ iniuriā iudicis ſine culpa fideiuſſoris. Rō diuerſitatis, qa ī cā euictiōnis res ꝑtineſ princip'r ad emptorē, ut d. l. neceſſariò. meritò oē ꝑiculū imputaſ ſibi emptori. Sed in alio caſu negotiū pertinet princip'r ad dn̄m, & nō ad fideiuſſorē, iō iniuriā illata ſine culpa fideiuſſoris īputaſ dn̄o, & nō fideiuſſori, ſecus, ſi culpa ſua, qd' no. Sed dubiū eſt, qd ſi emptor moleſteſ de facto, ita, ꝙ nō in iudiciū, ſed ex̄ iudiciū ꝑdit rē, nūqd habeat regreſſum de euictione, & dic, ꝙ n̄ ut eſt tex. in l. fi. C. de act. & emp. Sed hodie dubitaſ ꝑꝑ uerba, q̄ apponit notarius, ꝙ uēditor ſe obligat ad defendēdū de iure & de facto. Et credo ꝙ idē, ut intelligaſ de facto, ſ. ſi lis mouetur de facto, & nō de iure, nō aūt debet intelligi de uiolētia ex̄iudiciali, qa illa nō uenit ſ̄m nām ꝯ̄ctus, de quo dic, ut no. in d.l. fi. & per Bar. in l. ſtip'lo iſta, ff. de uerb.
8 obl. † Sed eſt dubiū notabile, nūquid clericus[c] uenditor te-
c neaſ defendere rē uenditā laico in foro ſeculari, & uide gl. no. in c. clericū nullus. 11. q. 1. q̄ bn̄ intellecta, tenet, ꝙ ſic. ꝓbaſ rōne. iudiciū eſt niſi inſtitutū ꝯ̄ emptorē tanq̄ poſſeſſorē, ſed uēditor uenit ſolum ad aſſiſtēdū emptori, & defendū eū, ut in l.1. C. ubi in rē act. un̄ iudiciū inſtitutū ꝯ̄ emptorem trāsferſ in uēditorē, ut l. uēditor, ff. de iudi. Nō ergo dr̄ hoc caſu clericus cōueniri corā ſeculari, qa ſolū p̄ſtat authoritatē & defenſionem
d ipſi emptori,[d] & hoc uoluit gl. in d. c. clericū. Secus dic, ubi laic' poſſeſſor noīe clerici, nominat clericū ī iudicio, qa tūc cleric' declinat iudiciū ſeculare, & aduocat eū ad forū ſuū, qa hoc caſu reus eſt uerus dn̄s, & iudiciū eſt inſtituēdū ꝯ̄ eū, ad hoc qd̄ legi. & no. in c. qm̄o, in §. ꝙ ſuꝑ rebus, ut lit. nō cōteſt. & uide Spec. in ti. de ſecūdo decreto, in §. reſtat, uer. qd ſi dn̄s ē cle
9 ricus. † In gl. 1. ibi: *debet ei denunciare*. ſed dubiū eſt, nūqd teneſ denūciare uēditori ſciēti litē motā eſſe? & gl. in l. emptor, C. de euic. dixit tutū eſſe, ut fiat. ſed Spe. eo. ti. ꝑ fi. dixit hoc eſſe neceſſariū. Io. An. atè nō eligit, ſed repetit dicta Dy. ī reg. eū q li. 6. ubi uide. Sed tu tene notabilē theoricā Bar. ī d.l. denūtiaſſe, ff. de adul. ubi di
c cit, ꝙ qn̄q; denūtiatio[e] reqriſ ad ſimplicē ſnīam habēdā, & tūc n̄ oportet, ꝙ fiat ſciēti, & hēt locū rl'a, eū q cert', & l.1. ff. de act. & emp. qn̄q; fit denūciatio ad aliqd faciēdū, & tūc nō ſufficit ſola ſcīa, ut d.l. denūciaſſe. In ꝓpoſito aūt, cū denūciatio iſta fiat nō ſolū ad ſimplicē ſcīam, ſd̄
f ut uēditor ueniat ad defendēdū emptorē, neceſſariò reqriſ denūciatio.[f] Nā fortè emptor cōfiſus de ſua prudētia, nō curat uocare uenditorē, nec teneſ uenditor ire. Et hoc no. ꝑ aliis iurib. q̄ reqrunt denūtiationē, & tene mēti iſtā theoricā, q̄
10 eſt quotidiana. † Ex̄ gl. qriſ, nūqd donator teneaſ de euictiōe, ſi res fuit euicta a donatario? de quo uide qd̄ leg. & no. ī l. 2. de euic. & in l. Ari. ff. de dona. Et cōcluſio Cy. & aliorū hæc eſt, ꝙ aut donator ſolēni ꝓmiſsiōe ꝓmiſit de euictiōe, & tenetur tex. eſt in d.l.2. aut nō ꝓmiſit, & tūc donatio incœpit a ꝓmiſſiōe, ut p̄io promiſit, & poſteà donauit. Aut īcœpit a traditiōe, i. qa ſimul donauit, & ꝓmiſit. Primo caſu oli nō tenebaſ, niſi ꝓmiſio fuiſſet ſolēnis, puta ſtip'lone īteruenīēte, ſed hodie ſecus ꝑ l. ſi qs argētū, C. de don. ſecūdo caſu. ſ. cū incœpit donatio a traditione, aut agit ad ꝑticulare intereſſe. puta ad ſumptus factos occaſione illius donationis, & diſtingue, utrū donator fuerit in dolo, uel nō. nam primo caſu teneſ ſecūdo nō, ut in d.l. Ariſto. ad totale uero intereſſe rei donatę agere non poteſt,
11 ut in d.2. † Vltimo hic q̄ritur, nunquid uenditor tenetur facere expenſas oēs in lite mota contra emptorē, & nunqd poſſit ex facto emptor repetere expēſas a uēditore, & qd ſi nō ſuccubuit, ſed obtinuit? de hac qō. leg. & no. in l.1. C. de eui. & in l. uenditores, ff. de uerbo. obliga. & utrobique per Bartolū plene, qui non obſtante deciſione gloſſarum, concludit omnes expenſas fiendas per uenditorem, & qd̄ pōt emptor, ſi eas fecit, repetere poſt factum, ſiue obtinuerit in cauſa, ſiue ſuccubuerit, quæ ſententia mihi placet, cum te

a Intimare. Adde Io. de Ana. in cōſi. 31. ubi ponit an teneaſ oſtendere inſtr̄m uēditiōis, & uide eūdē, cōſ. 38.

b Iniuriā. Adde Ange. cōſ. 177. & ibi uide, an uenditor poſſit renūtiare d' nūtiatiōi. An. Frā. An uēditor poſſit renūtiare denūtiatiōi faciēdę emptori de lite mota, ſeu mouēda, puto, ꝙ ſic. Et de forma illa faciēdi, & an ꝑ ꝓcuratorem, uel quo mō fiat, uide Bar. ī l. abſentē, C. de ꝓ. & adde, ꝙ uēditor ēt ſciēs litē motā emptori, dēt reqri ad defendendum, alias non teneſ de euictiōe, ut ꝑ Bar. & Ale. in l. nō ſolū. §. morte ubi ēt ꝑ Ro. ff. de no. ope. nū. & ꝑ Sali. in l.1. de peri. & cōmo. rei uendi.

c Qn̄ clericus eſt nominatus in iudicio, an poſſit ꝓuertere iudiciū, uide ꝑ Ang. de Aret. in īſti. de exce. ī prin. in 16. col. uerſi. ex his Bal.

SEBA. SPIA.

d Ipſi emptori. An clericus vēditor, q teneſ de euictione noīatus in iudicio poſſit declinaſ forū, uide Ab. in ca. quoniā, col 4. ſ̄. ut lite non conte.

SEB. SAPIA.

e Denunciatio. uide Bar. in l. nō ſolum §. morte, co. fi. ubi Mod. latè; ff. de o. pe. no. nuncia.

f Limita, niſi emptor & uēditor ī eodē iudicio, ſimul eſſent ꝯuēti ab eo,

neatur uenditor defendere emptorem. ſi ergo non defendit, tenetur ob rem non defenſam. l. cum quęritur, ff. iudi. ſol. Et hoc intellige, quando emptor denunciauit uenditori, ut eum defendat, alias ſibi imputatur. nam hoc caſu non agit de euictione etiam reſpectu rei principalis, ut hic fortius nec reſpectu ſumptus.

# De locato et cõducto Ru.

Cõtinuat ad pcedentia hoc ordine. Suprà uiſum eſt &c. Sed qa locatio habet magnã ſimilitudinẽ, & uicinitatẽ cũ uenditione, adeò, ꝙ in qbuſdã caſib. probabiliter dubitat, an ſit locatio uel emptio, ut. l. 1. ff. e. meritò poſt rub. pce. ſubiicit iſta. Et modũ clare diſcernẽdi ꝯctũ locatiõis a uenditiõe uide p Bar. in l. cotẽ, §. qui maximos, ff. de publica. & in l. cũ plures, ff. loc.

*SUMMMARIUM.*

1 *Doctores, uel ſcolares conducentes domos alijs doctoribus uel ſcholaribus locatas ante finitum tempus eorum, & ſine conſenſu eorum. ſunt excõicati. 10.*

2 *Legatus poteſt edere ſtatuta in legatione ſua præter iur. cõmu. diſpenſationem, quæ durant etiam finito tẽpore legationis.*

3 *Succeſſor in dignitate non confirmat conſtitutiones pdeceſſoris, ſed ratificat, & innouat, quia confirmare ſpectat ad ſuperiorem.*

4 *Succeſſor in dignitate poteſt tollere ſtatuta prædeceſſoris ſui.*

5 *Doctorũ & magiſtrorũ appell. non ueniũt ſcholares.*

*Magiſtrorum appellatione ueniũt doctores cuiuſcunq; facultatis.*

6 *Scholarium appellatione an ueniant doctores.*

7 *Conſtitutio pœnalis edita in fauorem unius, nõ ligat contrafacientem cum conſenſu illius, in cuius fauorem eſt edita.*

8 *Scholares præſumuntur ignorare ſtatuta loci, cũ principaliter uacent ſtudio.*

9 *Priuilegium conceſſum ſcholaribus, cenſentur etiã conceſſum eorum famulis, & cum eis habitantib.*

10 *Statutum quod poteſt eſſe fauorabile & odioſum, reſpectu fauoris extẽditur, reſpectu uerò odij reſtringitur.*

11 *Excommunicatus non eſt ipſo facto ille, qui fecit aliquid contra conſtitutionem, quæ præcepit aliquid nõ fieri ſub pœna excommunicationis, ſed uenit excommunicandus.*

12 *Vniuerſitas ſcholarium iudicatur eccleſiaſtica, uel ſecularis ſecundum quod in ea eſt maior pars ſcholarium clericorum, quam laicorum, uel e contra.*

13 *Pœna impoſita uni ex correlatiuis, an extendatur ad aliud?*

14 *Conſtitutio, uel ſtatutum ex identitate rationis extenditur. ſed non pœna ipſorum quia pœna non debet excedere caſum proprium.*

*Participans cum aliquo, qui in actu participationis incurrit excommunicationẽ, non eſt excõicatus.*

## CAP. I.

1 EX reſcripto. † Excõmunicati ſunt magiſtri, & ſcholares Bononiẽ. qui ante tẽpus conductionis conducunt hoſpitia aliorum magiſtrorum, uel ſcholarium ſine eorũ conſenſu. Et primo ponitur deciſa relatio legati. Secundò conſtitutio, quam confirmat, ibi: *conſtitutione.* Tertiò publicari mandat, ibi *ſtatuentes.*
2 † Not. 1. ex iſto tex. ꝙ legatus poteſt iuſta de cauſa, & pro bono pacis edere ſtatuta intra limites ſuę legationis pręter iuris communis diſpoſitionem, quod quidem ſtatutum etiam durat poſt legationem finitam. Ad hoc c. fi. de of. lega. ubi bo. text.
3 † No. 2. ibi. *confirmatam, &c.* ꝙ ſucceſſor qñq; confirmat conſtitutiones, & geſta prædeceſſoris: non eſt tamen ppriè confirmatio, ut dicit Hoſt. & bene, qa confirmare eſt ſuperioris, ſed par in parem non habet imperium, ut in c. innotuit, de elect. nam eſt potius quędam ratificatio, & innouatio.
uera eorū ſacramēta, dūmō in tm̄ nō dif-
ferāt, ꝙ Deum in illis offendāt. unde nō
ſunt



ſunt tolerādi cū periculo animarū, & ꝯ honeſtatē eccleſiæ
3 vniuerſalis; & hęc no. facit ꝙ no. gl. ī. c.1. in fi. 20. di. † Tertiò
no. ꝙ Græci, & alię nationes dēnt eſſe & ꝯſtituere unū oui
le nobiſcū. Dēnt ergo oēs hoīes eſſe de ouili Chriſti. nam
ipſe dixit, fiet vnū ouile, & unus paſtor, ut habet̄ in Euāge-
lio. ergo de iure oēs hoīes ſūt ſub paſtore eccleſię, ſ. ſub Pa
pa, licet de facto nō valeat Papa ꝯ multos infideles exerce-
re ſuā poteſtatē, de quo; uide ꝑ Inn. ī. c. ꝙ ſuꝑ his, de uo. Itē
no. ꝙ eccleſia Roma. eſt mater & magiſtra oīm eccleſiarū.
Gręci ergo d̄ iure dēnt cognoſcere Papā Romanū paſtorē
cōcor. c.2. in fi. de ſum. tri. Vltimò no. ꝙ rebaptizās aliquē
4 ex ſtudio, eſt depoſitione dignus. † Quæro hic, q̄d ſi bapti-
a zās peccat in Latinitate a, ut puta dicēdo: baptizo te ī noīe
patria, & filio, &c. Cōcludūt doc. ꝙ baptiſmus cōfert̄: qa for
ma ītellectualis eſt ſeruata, licet nō quo ad corticē. Hoc ꝓ
bat̄ ex eo, qa mulierib. ꝑmittit̄ baptizare ī idiomate uulga
ri. vñ q̄ſq; p̄t baptizare ī idiomate ſuo, nec falſa Latinitas
uitiat, dūmodò q̄s nō faciat hoc ſciēter aīo īducēdi nouū
errorē, ſeu nouā formā, vt ī c. ſi nō ſanctificat̄, & ī. c. retule-
5 rūt, de ꝯſec. diſt.4. † Itē q̄ro, q̄d ſi baptizās, & baptizatus in
tēdūt baptizare & baptizari, ſꝫ credūt, ꝙ baptiſmus ſolū ꝓ
ſit ad ſanitatē corporis, & nō aīę, nūq̄d cōferat̄ uer⁹ bapti-
ſmus? doc. ꝙ ſic. Satis. n. ē, ꝙ ſeruet̄ forma tradita ab eccl̄ia,
& ꝙ iſti baptizare, & baptizari intēdāt. Itē dicunt doc. s̄. c.
1. ēt ſi credāt, ꝙ baptiſmus ſit una truffa, dūmodò, vt dixi, in
tēdāt baptiſmū conferre, q̄d ſpūſſanctus ad formā uerborū
īuiſibiliter operat̄. Pro hoc facit, qa Cayphas Princeps Iu
deorū ꝓphetauit, ñ ex merito uitę, ſed officii poteſtate. 1.
q.1. c. dictū; uñ, ex quo ſeruat̄ forma tradita a Deo & ab ec-
cleſia, & iſti credūt baptizare, baptiſmus operat̄ ſuū officiū.
Secus eēt, ubi baptizās nō ītēderet baptizare, uel baptiza-
tus baptizari. Nā req̄rit̄ ītētio utriuſq;, ut no. Inn. s̄. c.1. In
tētio tñ patrini leuātis de fōte ſacro ñ nocet ſc̄m doc. Hęc
rō p̄t eſſe, qa patrin⁹ ñ baptizat, nec req̄rit̄ ad ſubſtātiā ba-
ptiſmi, ut dixi. s̄. e. c. debitū. Vltimò q̄rit̄, quare Chriſtus uo
luit baptizari a Ioāne, cū baptiſmus cōferat̄ ad remiſſionē
peccatorū? Ipſe. n. Chriſtus nullo peccato tenebat̄; cū fuerit
cōceptus ſine ſemine uirili, & ſic nō erat ī eo peccatū ēt ori
ginale. Sol. duplex. prima, ut impleret omnē gradū humili
tatis. Tres ſunt. n. grad⁹ humilitatis, d̄ q̄b. vide ꝑ gl. fi. ī cle.
1. d̄ re. do. & vltim⁹ grad⁹ ē vt q̄s ſupponat ſe minori. Ita vo
luit Chriſt⁹ ſe ſubiicer̄ Ioāni. ſcd̄ò hoc fecit, vt ſanctificaret
nobis aqua, d̄ ꝯſe. di.4. c. nūquā; hoc not. ī. c. ꝑ aquā, ea. diſt.
& in. c. debitum, ſuprà eo. & ex iſtis habetis mām iſtius tit.

# De presbytero non baptizato, Rub.

Viſo de baptiſmo, quia aliqui ſæpe promouentur non baptizati ad ordines, de quibus dubitari poterat, utrum eſſent, uere ordinati uel an deberent baptizari merito poſt rubricam præcedentem ſubiicitur iſta, ſcilicet de presbytero non baptizato, &c.

## CAP. I.

SI quis. Breue eſt. uel per alia uerba ſumma ſic. Si ñ baptizatus ordinat̄, ordinis charactерē, nō recipit, & hoc ſummat. c. fi. ĩ. eod. No. ꝙ defectus ſacramenti baptiſmi impedit impreſſionē characteris aliorū ſacramentorū vbi ergo nō eſt baptiſmus, ibi nō eſt ualidū aliquod aliud ſacramētū, ī quo imprimat̄ character, & hoc, qa baptiſm⁹ ē ianua aliorū ſacramētorū, ut. ĩ. eo. c. fi. Sed q̄ro, qualiter potuit iſte deprehēdere ſe nō eſſe baptizatū? Sol. forte fuerat expoſit⁹, & credebat̄ baptizatus: nūc aūt cōſtabat ꝑ exponētes, ꝙ ñ fuerat baptizatus, uel fortè inſtante neceſſitate fuerat baptizat⁹ aſperſione ſaliuę, vt s̄. ti. proxi. in. c. nō ut ap. & credebat̄ a parētib. baptizat⁹, uel q̄d ſimile. Scd̄o q̄rit̄, q̄d ſi dubitet̄, utrū fuerit baptizatus? Sol. tā reſpectu baptiſmi, quā reſpectu ordinis poterit ſeruari, ꝙ habetur in. c.2. s̄. ti. proxi. ſc̄m Hoſt. Vltimo q̄rit̄, q̄d ſi iſte nō uellet de nouo ordinari? dicit Io. An. q̄d remanebit laicus, & licet non deberet ꝯhere mr̄imoniū, qa tacite. vr̄ uouiſſe cōtinentiā, ar. in. c. q̄dam s̄. de cōuer. cōiug. tñ ſi ꝯheret, teneret mr̄imoniū, cū illud uotū nō fuerit ſolēne, ex quo uerè nō receperit ſacrū ordinē, vt ī. c.1. de voto, li.6. Et no. ex hoc dicto, ꝙ ad ſolēnizādū uotū nō ſufficit opi. & credulitas, ſed oportet, ꝙ vere ſubſequat̄ ſacer ordo, uel ingreſſus religiōis, ut ī. d. c.1. d̄ uo. li.6. Credit tñ hic d. Ant. iſtū debere cōpelli ad ſuſcipiēdū ordines ꝑꝑ intentionē quā ſemel habuit ꝙ ſatis poſſet admitti, ar. c. q bona agūt. 17. q.1. facit ꝙ legi. & no. s̄. de reg. c. porrectū, &. c. fi. ĩ. eo. ubi talis mandatur ordinari, nec relinquitur proprię voluntati.

## SVMMARIVM.

1 *Communis error non facit ualere ea, quæ ſunt ordinis. ſed ea, quæ ſunt iuriſdictionis.*

2 *Epiſcopus, qui reputatur, & non eſt, non poteſt conferre ordines, & ſi contulerit, non ualent.*

## CAP. II.

APoſtolicam. Orari dēt pro eo, qui a credens ſe baptizatum in fide Chriſti deceſſit ſine baptiſmo. uel aliter & melius. Omiſſio baptiſmi nō nocet credenti probabiliter ſe eſſe baptizatū. Primò ponit̄ deciſa conſultatio. Secundo reſponſio, ibi: *unde*. quā ꝓbat duabus authoritatibus. Prima. ibi: *lege*. Secūda, ibi: *librum*. Caſus lite. Quidam ſacerdos credens ſe baptizatum, & in fide baptiſmi perſiſtens, mortuus eſt poſtea cōpertum eſt, ꝙ nō fuerat baptizatus, quæſitum eſt a Papa, utrū eccleſia deberet eū hr̄e pro baptizato, ut poſſit pro eo orar̄? Reſpondet Papa, qa presbyter ille ī fide ſanctæ matris eccleſię, & in confeſſione nominis Chriſti ꝑſeuerauit, ab originali peccato ſolutus gaudiū cæleſtis patrię fuit adeptus, ī li.8. Aug. d̄ ciuitate Dei legit̄, ꝙ Baptiſmus inuiſibiliter miniſtrat̄, quē nō cōtemptus religionis, ſed neceſſitatis terminus excludit, in li. beati Ambr. de obitu Valentiniani idē legit̄, & ſic huiuſmodi. quæſtionibus ſopitis eccleſia p̄t p̄ces & hoſtias Deo offerre pro p̄sbytero memorato. B. No.1. ꝙ peccatū originale dimittit̄ nō ſolū in baptiſmo fluminis, ſed ēt in baptiſmo flaminis, i. ſpirituſſancti. q q̄dē baptiſmus flaminis miniſtrat̄ oībus habentib. Chriſti fidē; & ñ cōtemnentib. baptiſmū fluminis, ſiue excludant̄ a baptiſmo fluminis ex neceſſitate, vt cōtigit Valētiniano, ſiue ex ignorātia ꝓbabili, qa credebant ſe eſſe baptizatos. Secūdo no. ꝙ decedēs ī fide Chriſtiana, p̄ſumit̄ adept⁹ ſeu adipiſci gaudiū patriæ cęleſtis, intellige, uel ſpe. Nam ſi præſumeretur oppoſitū, ñ oraret̄ ꝓ decedente, ut in. c. pro obeuntibus. 13. quæſtio. 2. Vltimo not. quod pro obeuntibus, etiam ſacerdotibus, debent Deo offerri preces ſpeciales in eccleſia, & miſſę celebrari. Item nota quod dicta Augu. ſunt approbata ab ipſa eccleſia, & poſſunt allegari cū dubitat̄ de officio ſacramētorū. Et idē de opuſculis Ambroſii, et aliorū doctorum eccleſiæ, de quibus ui-

SEB. SAPIA.
a In Latinitate. Vide Fely. idem tenentem ī. c. ad audientiam, co. fin. uerſi. limita nono, ſupra de reſcript. ubi generaliter uult, ꝙ in diuinis ſcripturis falſa Latinitas non obeſt.

de tex.ĩ.c.1.de reli.& uene.ſan.li.6.&.16.
di.quaſi ꝑ totũ.In gl.1.in fi.No.gl.ſingu
lariter,ꝗ ſolet multũ allegari. & dic la-
a ti⁹,[a] ꝙ baptiſm⁹fluminis,.ſ.quo quotidie
utimur ꝓdeſt tã adultis,quã paruulis,vt
in c.maiores.1.reſpõ.ſ̃.ti.prox.Baptiſm⁹
flaminis,i.ſpũſſancti, q ĩuiſibiliter bapti
zat cor interi⁹,vt ĩ.d.c.debitũ,in fi.ſ̃.tit.
ꝓx.& ĩ.c.ꝑ aquã, de ꝯſe.di.4.ꝓdeſt adul
tis tñ,q in charitate, & fide Chriſtiana
deceſſerũt:nõ aũt ꝓdeſt paruulis,qa cum
ipſi nõ ſentiant,nõ hẽnt Chriſtianã fidẽ,
nec charitatẽ. & de iſto baptiſmo potuiſ
ſet ꝓcedere opinio illorũ hæreticorum
aſſerẽtiũ paruulis baptiſmũ ñ ꝓdeſſe, ut
ĩ.d.c.maiores.Baptiſm⁹ſanguinis eſt,qñ
qs occiditur ꝓ fide Xp̄iana; & iſta fides
ꝓdeſt tã adultis,quã paruulis,ex quo nõ
cõtẽpſerũt baptiſmũ fluminis.. Exẽplũ ĩ
ſanctis innocẽtibus.Latro verò ĩ cruce ñ
fuit baptizat⁹ baptiſmo ſanguinis: qa ñ
ꝓ fide Chriſtiana,ſed ꝓ ſuo merito fuit
cruci affixus,ſed fuit baptizat⁹baptiſmo
flaminis ꝑꝑ fidẽ,ꝗ habuit ĩ Xp̄o, vt in.c.
fi.de pœ.di.7.In gl.fi.ibi.*uentrẽ meũ doleo.*
hoc dicebat ad inſtar mulieris,quę parit
abortiuũ. Nã iſta regeneratio ſpũalis cõ
parat regeneratiõi carnali,vt ĩ.c.debitũ,
ſ̃.tit.ꝓx. vñ iſte Valentinian⁹ abortiuus
erat,qa nõ ꝑuenit ad baptiſmũ fluminis.
Et ĩ fi.gl.not.ſingułr hãc ultimã.q.gl.Ex
qua hẽs ſingularẽ limitationẽ ad.l. Bar-
bari⁹,ff.de off.p̃to.& ad *. c.infamis. *§.
verũ.3.q.7.& ad no.in.c.ad ꝓbãdũ,de re
iud.& in ca.nihil,de elect.In qb. iuribus
1 no.† ꝙ cõis error[b] ſeu opinio facit valere
b geſta.Iſta.n.ꝓcedũt ĩ d̄pẽdẽtib.a iuriſdõ
ne,nõ aũt ĩ dependẽtib. ab ordine,ſeu in
iſtis ſacramẽtalib⁹.In his.n. attẽdit ueri
tas,& ñ opinio;facit. c. quãto,ſ̃.de ꝯſue.
Ex quo ĩfert, ꝙ q ordinat ab eo, qui pu
tabat Ep̄s, cũ non eẽt,nullũ ordinẽ rece
pit. Valent tñ ſic geſta quo ad meritum
propter fidem,& uide bo.glo.in.c.dudũ.
2.de elect.& dic,ut ibi plenè no.

SVMMARIVM.

1 *Paria ſunt aliquid non fieri, uel non ritè fieri.*
*Procurator ſi non facit fidem de mandato ſuo, poteſt dominus tanquam contumax accuſari.*
2 *Iteratio debet fieri,quotieſcunque dubitatur, an quid ſit factum.*
3 *Præſumptio transfert onus probandi contrarium in aduerſarium.*
4 *Præſumptio uiolenta admittit probationem in contrarium,quia probatio debet eſſe euidentiſſima.*

C A P. III.

VEniens. Pro ſumma accipe.c.1.ſ̃.eo.uel ad
idẽ ſic.Nõ baptizatus ordinari
ñ p̃t, & ſi de facto ordinet,ñ re
cipit ordinis characterẽ, licet crederet
baptizat⁹. Primò ponit de baptiſmo tra
dito ei,q nõ fuerat ritè baptizat⁹. Scd̃a,
ibi,*cumq;* circa ordinẽ allegat ꝓ & ꝯ̃.Ter
tia,ibi,*quia uero*,diffinit.Caſus lite.Qui-
dã credẽs ſe baptizatũ ſcd̃m formã eccle-
ſiæ, ꝓmotus fuit ad ſacerdotiũ, tãdẽ in-
uenit,ꝙ nõ fuerit ſcd̃m formã eccleſiæ ba-
ptizatus,Acceſſit ad Papã hoc ſibi expo-
nẽs,vñ Papa fecit eũ ritè baptizari.Poſteà diſputatũ fuit ſu
ꝑ ordinib.,utrũ uidelicet ordines ſuſcepiſſet.& qdam dice
bãt,ꝙ cũ baptiſmus ſit ianua oĩum ſacrorũ,añ baptiſmũ nõ
ſuſcipit aliud ſacramẽtũ,qa ubi fundamẽtũ nõ eſt,ſuꝑędi-
ficari nõ p̃t.Sed ẽ ꝯ̃ vr̃, ꝙ ꝑ ſolã fidẽ baptizati efficit qs mẽ
brũ Chriſti,& qui Chriſtũ hẽt ꝑ fidẽ,ẽt ſi baptiſmũ nõ hẽt
utiq; fundamẽtũ hẽt,& ita ſuꝑædificari poſſe vr̃,ſicut ſalu-
tifera opera,ſic & ꝗlibet eccleſiaſtica ſacr̃a.Prętereа ſacra-
mẽtũ ordinis põtificalis,& ſacerdotalis,& Leuitici ex ĩſti-
tutione ſua p̃ceſſit baptiſmũ, ꝑ ꝙ vr̃,ꝙ ẽt añ baptiſmũ hu-
iuſmodi ordines pñt ritè cõferri,maximè his, q baptizati
credunt.His p̃miſſis dicit Papa, ꝙ cũ ĩ cõcilio apud Cõpẽ
diũ ſit cõſtitutũ,ut ſi qs ĩ p̄ſbyterũ ordinatus deprehẽderit
ſe nõ eſſe baptizatũ,baptizet,& iterũ ordinet;mandat Pa
pa,quaten⁹ iſte ꝑ ſingulos ordines uſq; ad ſacerdotiũ ordi
net,& miniſtret ĩ officio ſacerdotis,qa nõ ĩtelligit iteratũ,
ꝙ ambigit eſſe factũ,nec de ſacr̃o malè ſentit, cũ illud ñ cõ
tẽpt⁹ religionis,ſed neceſſitatis articulus impediuit. Si.n.
aliqs natus ẽ de Chriſtianis parẽtib., & inter Chriſtianos
fideliter ꝯuerſat⁹,tã uiolẽter p̃ſumit,ꝙ fuerit baptizat⁹, ut
huiuſmodi p̃ſumptio ꝓ certitudine habeat, donec in ꝯ̃riũ
manifeſtis cõſtiterit argumẽtis.B.No.1.ex iſto tex.ibi, *ſecundum formam euangelij*,ꝙ baptiſmus habuit formã ſuã ab Euã
gelio,cũ ſ.Chriſtus dixit Apoſtolis: Baptizate oẽs gẽtes ĩ
noĩe patris & filii,&c.ut ĩ.c.pe.ſ̃.ti.ꝓx.Alia uero, ꝗ ſiũt,&
dicũt ĩ baptiſmo,fuerũt inſtituta ab eccleſia,& non ſunt de
ſubſtãtia baptiſmi,ſed de ſolẽnitate,ut in.c.1.& ꝙ ibi dixi.
ſ̃.tit.prox.Secũdo no. ꝙ baptiſmus nõ prodeſt non ſolũ,cũ
ex toto omittit,ſed ẽt cũ ñ ritè ꝯfert,i.nõ ſolẽniter ſcd̃m for
1 mã euãgelii.†Ex quo infero paria eſſe[c] aliqd nõ fieri,uel ñ
c ritè fieri,ſicut nullũ,& inutile paria iudicat,ut ĩ.c.iter cor
poralia,de trãſla.Epiſ.facit tex.ĩ.l.1.ff.ꝙ cuiuſq; uniuer.no.
Et ꝑ illũ tex.& ꝑ iſtũ p̃t argui,ꝙ ſi ꝓcurator nõ facit fidẽ d̄
ſuo mãdato,ꝑ ĩde ẽ,ac ſi ñ cõparuiſſet. vñ p̃t dñs puniri tã
quã ꝯtumax;ꝙ no.Bar.ibi & tene mẽti.No.ꝙ ſacr̃m matri
monii p̃t adeſſe ſine baptiſmo.Pro hoc.c.de ĩfidelib., de cõ
ſan.& affi.ſʒ dic,ꝙ ñ ẽ ratũ,nec ita firmũ, ſicut ſi p̃ceſſiſſet
baptiſm⁹,ut ĩ.c.quãto.ĩ.d̄ diuor.No.ꝙ ñ baptizatus accipit
uerũ corp⁹ Chriſti,ſi Euchariſtia ſibi cõfert nil mirũ. Nã &
Iudas accepit corp⁹ Xp̄i,& a Iudęis Chriſt⁹ paſſus ẽ.ſʒ ĩ ſa-
cr̃o ubi ĩprimit character,ſerua.c.1.ſ̃.e.& ꝙ ibi dr̃ ĩ fi.Item
no. ꝙ tres ordines fuerũt ĩſtituti ĩ ueteri lege añ baptiſmũ;
2 & uid̄ lati⁹.21.di.c.1.†Itẽ no.ꝙ ñ ĩtelligit iteratũ, ꝙ ambi
git eſſe factũ,ꝙ facit ad multa & cõcor.de cõſe.di.1.c.ſolẽni
tates.Ex quo ĩfert,ꝙ ſi qs ñ recordat,vtrũ dixerit aliquã ho
rã diei,puta tertiã,uel ſextã,tenet iterare.Itẽ ſi ñ apparet,
ꝙ eccł̃ia fuerit cõſecrata,dẽat ꝯſecrari, & gñaliter ubi act⁹
d̄ neceſſitate dẽt explicari,ſi ambigit,utrũ fuerit geſt⁹,dẽt
3 iterari,i.iterũ geri.†Vltimo no. ꝙ uiolẽta p̃ſumptio ꝓ ali-
quo,trãsfert on⁹ ꝓbãdi ꝯ̃riũ ĩ aduerſariũ;cõcor.c.vt noſtrũ
4 ut ecc.bñfi.†Et no. ꝙ ꝯ̃ uiolẽtã p̃ſumptionẽ admittit ꝓba
tio ĩ ꝯ̃riũ.Pro quo uid̄ gl.50.di.c.ferrũ, & ꝙ dixi ĩ.c.is, q d̄
ſpõ.dẽt tñ ꝓbatio talis eſſe euidẽtiſſima;ꝙ no.ar.ĩ.c.qa ue
riſimile,de præſumpt.&.l.nõ eſt ueriſimile, quod met.cau.

## *De cuſtodia Euchariſtiæ,chriſmatis, & aliorum ſacramentorum. Rub.*

In præcedentibus titulis uiſum eſt,qualiter Euchariſtia conſecratur,ideo merito ſubiicit de ipſius cuſtodia.& quia in baptiſmate utimur chriſmate, ut in. c. primo, de ſacra unctione, & ſupra uiſum eſt de baptiſmo,ideo additur hic de cuſtodia chriſmatis,& generaliter de cuſtodia omnium aliorum ſacramentorum.

SVMMARIVM.

1 *Ponens rem ſub clauibus non poteſt redargui de negligentia, uel incauta cuſtodia.*
2 *In delictis non ſolum punitur uoluntas ſed exitus delicti.*
*Percutiens unum,credens percutere alium,debet puniri.*
3 *Teſtis falſus in foro contentioſo debet puniri non ſolum de falſo,ſed etiam ĩ omni damno inde ſecuto,in foro tamen animæ ſolum punitur de falſo.*
*Damnum datum non ex propoſito,ſed ex negligentia,non eſt reſarciendum in foro animæ.*

*a* Vide gl.in.c.firmiſſime,de cõſec. di.4.Et quod baptiſmus flaminis, uel ſanguinis ſufficiat ad ſaluãdũ hominẽ,ubi deeſt baptiſm⁹ aquę nõ ex uoluntate, ſed ex neceſſitate, late examinãdo firmat Thoma.in.3.ſen.di.3.q.3.arti.3.Item uide Tho. in.4.ſen.diſt.9.q.1.ar.2.circa fi.ubi dicit,quod baptizatus baptiſmo flaminis emundationem conſecut⁹ eſt propter propoſitum baptiſmi ſacramentalis, & accipiens ſacramentum amplio rem gratiam conſequitur.

SEB. SAPIA.

*b* Communis error aſſignari põt rõ, quia talis error reſpicit cauſam, efficientem. unde ſequit,quod licet error faciat ius regulariter,tamen nõ facit ius, quando eſt defectus in cauſa efficienti, ut not.aſſignanter Bal.in.l.2. in ulti. col. de ſen. declarat Iaſ. in.d.l.Barbarius, colũ.5.uer.5.not. limita.

SEB. SAPIA.

*c* Paria eſſe plura ad hanc regulam allegat Iaſ.ĩ l.quoties, ff. qui ſatiſ.cog.



C A P. I.

STatuimus. Hoc d.Euchariſtia,& chriſma
dñt fidelr̃ ſub clauib.cuſtodiri,
& ꝯ̃riũ faciẽtes ſunt puniẽdi. Primò ſtatuit. Scd̃o
rõnẽ ſubmittit.Tertio addit pęnã.Scd̃a,ibi:*ne poſ*
*ſit.*Tertia,ibi:*ſi uero.* No.1.ꝙ Euchariſtia dẽt ſeruari ĩ eccł̃ia
ſub clauibus,& cõſeruat ꝑꝑ neceſſitatẽ infirmorũ,ut in c.ſa
1 nè,ſ̃.de cele.miſ.& ibi hr̃,in quo loco dẽt cõſeruari.† Scd̃o
no.ꝙ ponẽs rẽ ſub clauib.nõ põt redargui de negligẽtia, &
incauta cuſtodia,facit ꝓ iſtis,q recipiunt cõmodatũ,uel de
poſitũ.Itẽ no.ꝓuidẽdũ ꝯ̃ ſacrilegos,q cũ ſacr̃o Euchariſtiæ
uł cũ chriſmate ſua nephãda ſacrilegia p̃ſumũt exercere,& ꝯ̃
tales ſępe miracula uiſa ſunt, de qb.uide ꝑ Io An.ſuꝑ rub.
de cele.miſ.Itẽ no.quẽ puniri nõ ſolũ de negligentia cõmiſ
ſa in offõ,ſed de oĩ delicto, & dãno inde poſtmodũ ꝓueniẽ
2 tib.† & ſic no.ꝙ ad delictũ puniẽdũ nõ ſolũ cõſyderat uolũ
tas delinquẽdi.ſed exitus delicti;uñ imputat totũ id,qd̄ p̃-
ter uolũtatẽ ſuã inde ſecutũ eſt.Et,ꝑ hoc bo.tex.in l.ſciẽtiã.
§.q cũ alr̃,ff.ad leg.Aqui.ubi dicit, ꝙ ſi quis credens unũ ꝑ
cutere cũ lapide,ꝑcuſſit aliũ, tenet de illa ꝑcuſſione, licet
nõ habuerit ꝓpoſitũ ꝑcutiẽdi illũ.Idẽ dic, ſi quis credebat
ꝑcutere unũ,& ꝑcuſſit duos,& gñalr̃ de hac mã uid̄,qd̄ no.
in reg.imputari,de re.iur.li.6.& ſubtilius ꝑ Bar.in l.Diuus,
3 ff.de ſica.& ꝑ hæc ſit declarata gl.fi. † Dicit tñ Vin. hic unũ
a notabile uerbũ, ꝙ licet in foro[a] cõtẽtioſo ferẽs falſum te-
ſtimoniũ,puniat de falſo,& de oĩ dãno inde ſecuto,tñ in fo
ro aĩæ ſolum puniet de falſo teſtimonio,licet aggrauet ꝑ ſe
quentia,& uide tu Inn.in c.ſicut dignũ,de homi.ubi ſingułr
dixit, ꝙ in foro aĩę nõ punit quis ad ſatisfactionem dãni,ſi
dãnũ intulit p̃ter ꝓpoſitũ,ſed punit de negligentia;quaſi ue
lit,ꝙ in foro aĩę hẽat reſpectus ad uolũtatẽ d̄liqntis,& dic,
ut ibi latius no.

C A P. II.

REliqui. Supellectilia in eccł̃iis poni ñ dẽnt
niſi neceſſitas urgeat. h. d.primo.
Eccł̃iæ dẽnt ſua uaſa & ueſtimenta mũda tenere.
hoc ſcd̃ò.Recitat.2.exceſſus,ꝯ̃ quos ſcd̃o ꝓuidet.
Scd̃a,ibi:*quia uero*. Caſus lr̃alis.Quidã eccł̃iã ſupellectilib⁹
ſuis & ẽt alienis ſic exponunt,ut potius uideant domus lai
corũ,ꝗ eccł̃iarũ.Sunt & alii, q eccł̃ias dimittũt incultas ſi-
ue immundas, & ẽt uaſa miniſterii, ueſtimenta pallas alta-
ris,& ipſa corporalia tã immũda relinquũt,ꝙ aliquib.inter
dũ ſunt horrori.Vñ p̃cipit Papa, ꝙ hmõi ſupellectilia in ec
cł̃iis nõ ponant,niſi neceſſitate inſtãte,ſic tñ,ut neceſſitate
ceſſante de eccł̃ia remoueant. Pręcipit ẽt ut oratoria,ua-
ſa,corporalia & ueſtimenta p̃dicta mũda & nitida cõſeruen
tur.Abſurdũ eſt.n.in ſacris hmõi ſordes negligere,ꝗ dedece
rẽt ẽt ĩ ueſtib.priuatorũ.B. No.1.ꝙ nec ſupellectilia aliena
nec ꝓpria ipſorũ ſacerdotũ dẽnt ĩ eccł̃ia reponi,niſi urgẽte
neceſſitate.Et ex hoc no.ꝙ neceſſitate ĩſtãte,puta ꝑꝑ metũ
hoſtiũ,uł ĩcẽdia repẽtina,licite ſupellectilia laicorũ deferũt
ad eccł̃iã.Et facit hoc ĩ arg.ꝙ eccł̃ię tꝑe neceſſitatis pñt ĩca
ſtellari,i.fortificari & cuſtodiri ꝯ̃ inimicos;d̄ quo no.ĩ c.1.ĩ.
d̄ ĩmu.ec.No.3.ꝙ cõceſſum ex certa cã,dẽt ceſſante cã reuo
cari.16.q.1.gñalr̃.Vltimo no.ꝙ ſordes ſunt negligendæ ẽt
in ueſtib. priuatis.uñ alibi dicit text.nec exquiſitę delitię,
nec affectatę ſordes laudẽ pariũt.41. di.in prin.& facit qd̄
hr̃ ĩ c.parſimoniã,ea.diſt.ubi dicit,fractos ueſtib.& diſſolu-
tos crinib.nõ admittimus.Hic ꝗrit, qd fiendũ de ueſtib.ſa-
cris uſu cõſumptis?dic,ꝙ dẽnt cõburi, & cineres in loco,ꝑ
quẽ nõ hr̃ trãſitus,dẽnt recõdi, ut in c.altaris,& in c.ſequẽ.
de cõſecra.diſt.1.Qd̄ eſt ꝯ̃ clericos, qui ex caſulis antiquis
uel cappis faciunt fieri burſas, & aliqua alia ornamenta ad
uſum mũdanorũ;qd̄ ẽ ꝯ̃ rł̃am,ſel Deo dedicatũ, de reg.iur.
li.6. In gl. fi.ibi, *debent incedere ornatis ueſtib.&c.* dicit Hoſt. ꝙ de ornatu nihil dr̃
hic,ſed tñ de immũditia negligenda; tu
uide in hoc gl.no.21.q.3.in ſumma,& in
c.omnis iactantia, & uide quod dixi in
c.clerici,de ui.& hone.cleri.

## *De reliquijs, et uenerat. Sancto. Rubrica.*

Viſo de cuſtodia Euchariſtiæ,& Chriſmatis, & ueneratione ſacrorum ſacramentorum, merito ſubiicitur rub.de reliquiis & uene.Sanct.

SVMMARIVM.

1 *Sanctus nemo debet adorari etiam,quod faciat miracula ſine licentia Papæ.* 3.
2 *Ebrietas aſſidua,eſt peccatum mortale.*
*Peccatum ueniale,ſi ſumitur in conſuetudinem,efficitur mortale.*
4 *Miracula poſſunt fieri ab eo,qui non eſt ſanctus.*
5 *Canonizare quid ſit,& quemodo fiat.*

C A P. I.

1 AVdiuimus. † Sine Papę licẽtia nõ
licet aliquem uenerari ꝓ ſan-
cto.Primò narrat qd̄ audiuit.
Scd̃o illud improbat,ibi,*cum uix* Tertio
illud ꝓhibet,ibi:*illum ergo*. Caſus lr̃alis.
Quidã diabolica fraude decepti quendã
in ebrietate occiſum, quaſi ſanctũ uene-
rabãtur,cũ ẽt ꝓ talib in ebrietate occiſis
eccł̃ia uix orare ꝑmittat,cũ dicit Apoſto
lus, ebrioſi regnũ Dei nõ poſſidebũt.Vñ
mãdat Papa, ꝙ illũ de cętero colere nõ
p̃ſumãt,quia & ſi ꝑ eũ miracula fierent,
ſine authoritate Ro.eccle.nõ licet ꝓ ſan-
2 cto uenerari.B.†.No.1.ꝙ uix ebrioſi de-
b cedunt ſine pctõ. Iſta.n.ebrietas[b] qñq; ẽ
ueniale; qñq; mortale;de quo aliqd hic
ꝑ Vin.ſed uide,quod dixi in c. a crapula
de ui.& hone.cle. Illud tñ ĩdubitatũ eſt,
ꝙ ebrietas aſſidua,eſt pctm̃ mortale, in *
c.unũ orar.* §.alš ea demũ.25.diſt.Nam
frequenter quis inebriat,q ſcienter & uo
lũtarie inebriat.Nullũ aũt eſt pctm̃ adeo
ueniale;quin fiat mortale,dũ ſumit in cõ
ſuetudinem.25.diſt.* d.c.unũ.* §.crimi-
nis,& ſic ĩtellige qd̄ no.Arch.poſt Ang.
3 in d.§.alias ea demũ.† No.2.& tene men
ti,ꝙ nõ licet aliquem colere ꝓ ſctõ,etiã
ſi in uita feciſſet miracula ſine authorita
te Romani põtificis.Et hoc intellige,qñ
publice quis uult aliquem uenerari; ſec⁹
aũt ſi ĩ occulto,quis emittit preces apud
eum,quem credit ſctm̃, ut probatur a ꝯ̃-
rio.ĩ.c.proxi.in uer.publice, & ibi no.In
no.quod tene menti,& uide gl.eo.ti.c.1.
4 li.6.† Quare aũt miracula nõ ſufficiunt,
ut aliquis ueneret ꝓ ſctõ,dic,ꝙ iõ,qa qñ
c que per malos etiam fiunt miracula.[c]
multi autem hoc faciunt ex arte magica
ut Simõ magus.multi ex ſpiritu prophe-
tiæ eis a Deo tributo.Exemplũ de Saul,
q ꝓphetauit, dũ ꝑſequeret Dauid.Aliĩ

SEB. SAPIA.

*a* Licet in foro.Vide cumulata per Feli. in c. canonũ ſtatuta, colũ.12. uer. tertius caſus, ſ̃.de conſt. ubi exornat dictũ Inno. in d.c.ſicut dignũ de quo etiam tradit idẽ Fel.in d.c. ſicut.

*b* Ebrietas. An ebrietas ſit ueniale,uł mortale peccatum,ꝙ ſit mortale, aperte ſentit gl. in c. pro obeũtibus.13.q.2.ſed cõtrariũ tenet gl. in c.inebriauerũt 15.q.1.& de hoc uide omnino gl. in d.§.alias ea demũ,& d. Anto. in d. c. a crapula, & latiſſimè ꝑ Tho. in 2.2.q.15.art.1.2.& 3. ebrietas tñ in clericis ſemper eſt peccatum mortale,ut not.Do.in c.ante oĩa, ĩ 1.no. per illum tex. 25. di. per glo.in l.1. C.de rei uxor.act. Sed ꝙ ebrietas ſit peccatũ ueniale, niſi ſit aſſidua, tenet do.Abb.in clemen.1.de homi.

ZACHARI.

*c* Miracula. Adde gl.in c.fi.ĩ.eo.ti. & Spe.in ti.de ele. §.fi.in prin.

SEB. SAPIA.

*c* Miracula. Idem dicit Fel. poſt Abba.in c.uenerabili,in prin. ſ̃.de teſtibus.

ꝑꝑ fidem, q̃ hn̄t ſine charitate, iuxta illud
Euãgelii, Et ſi tãtã fidem hẽam, ut mõtes,
trãsferã, charitatem autem ñ habeã, nihil
mihi ꝓdeſt, & trãſſumptiuè hr̄ de ꝯſecra.
di.4. in c.ſolet. Et no. hoc ſp, ꝙ põt hẽri fi
des maxima, ita, ut eius uirtute faciat mi
racula ſine charitate, & uide ad ꝑdicta tex.
in c.multi, & c.teneamus, & c.propheta-
5 uit.1.q.1.† Vltimo hic quęritur, quare nõ
debet aliquis pro ſancto coli, niſi prius ca
nonizetur per eccleſiam? Quid eſt cano-
nizare, & qualr̄ fiat, ſol. ſm̄ Io. An. Cano
nizare eſt aliquem per ſummum pontifi-
cem catalogo ſanctorũ adſcribere & de-
cernere, & declarare, ut debeat coli & ue-
nerari pro ſancto, & ꝙ fi..t annuatim offi
cium ſolẽne ꝓ eo, ſicut ꝓ allis ſctis iuxta
qualitatem ſuã, ut ſi eſt cõfeſſor fiat oſtm̃
ꝯfeſſorũ &c. Fit aũt iſta canonizatio, q̃a
ꝑces iuges & icẽſſãtes dẽnt fieri apud ſum
mũ põtificẽ, ut informet ſe de uita & mi-
raculis, & finalr̄ canonizet. Papa uerò nõ
dẽt de facili moueri maxime ad primã in
quiſitionẽ, ſed dẽt ẽt differre cõmiſſionẽ
inquiſitionis, ut interim uideatur, an fa-
ma & miracula cõtinuent̃; tãdẽ cõmittat
inquiſitionẽ ſuꝑ uita, & miraculis. Et ui-
de q̃ exigunt̃ ad ſubſtãtiã miraculi per gl.
e.ti. in c.1.li.6. tãdẽ habita informatiõe,
uocatis ꝑlatis curię, Papa declarat & de-
cernit illũ hẽndũ ꝓ ſctõ, & ſolẽniter cele
brare miſſam in illius honorẽ, & uide ſe
riosè hũc ordinem per Io. An. hic.

SVMMARIVM.

1 *Reliquiæ de nouo inuentæ non debent uenerari in publico ſine licentia ſedis Apoſtolicæ.*

CAP. II.

**Vm ex eo.** Hoc dicit. San
ctorũ reliquię
uẽdi nõ pn̄t uel paſſim oñdi ñ
dn̄t, ne circa illas populus deci
pi poſſit. Ponit duplicẽ exceſſum, quẽ pro
hibet diſtinguẽdo inter ueteres & nouas
reliquias ibi, *præſenti.* Tertio fraudes per
prelatos ꝓhiberi ꝑcipit, ibi: *Prælati.* Caſus
lr̄alis. Quidã exponebãt reliquias ſancto
rũ uenales, & eas indifferẽter oñdebant,
ꝑꝑ q̃d ſępe detrahebat̃ Xpianę religiõi.
uñ ſtatuit cõcilũ gñale, ut antiquę reli-
quię de cæterò ex̃ capſam nullatenus ex̃-
hant̃, nec exponant̃ uenales. Inuentas aũt
de nouo nullus uenerari ꝑſumat, niſi pri⁹ a
à ſede apoſtolica fuerint approbatę, nec
Prælati eccl'iarũ ꝑmittãt eos, qui ad eo-
rum eccleſias cã uenerationis accedunt, 2
uariis figmentis, aut falſis documentis de b
cipi, ſicut in pleriſque locis occaſione q̃-
ſtus fieri cõſueuit. Ber. No. duplicem uena
litatis cãm circa ſanctorum reliquias fo-
re ꝓhibitam. Prima, cũ uere uẽdunt̃ inde
accepto precio. Nã ſacra & religioſa non
ſunt ĩ dñio alicuius, nec accipiũt æſtima-
tionẽ, inſti. de re. diu. §. ſacra loca, & §. nul
li⁹. Scđa cũ exponunt̃ paſſim cã q̃ſtus, ut
hẽant̃ largiores oblationes. Eſt. n. hæc q̃-
dã largã uẽditio. No. ſcđo, ꝙ reliquię ſan-
ctorũ nõ dẽnt oñdi ex̃ capſam. Rõ ꝓhibi-
tionis eſt, quia cũ oñdunt̃ ex̃ capſam oſſa
nuda, multorũ deuotio tepeſcit, & dat̃ detractorib. cã oblo
quẽdi. Dn̄t. n. ꝙ ſi fuiſſet ſctũs, oſſa nõ fuiſſent ſic diſpſa, nõ
aduertẽtes, ꝙ oĩb. gñalr̄ dictũ eſt, Cinis es, & ĩ cinerẽ reuer-
teris, illis exceptis, q̃b. Deus ſingularẽ gratiã facere uoluit,
ut in corpore beatæ Mariæ uirginis & ſctĩ Io. Euãgeliſtæ, &
ſiliũ, de q̃b. ſcriptũ ẽ ĩ pſalmo. 18. Nõ dabis ſctm̃ tuũ uidere
1 corruptionẽ, & põt ꝓpriè ĩtelligi ꝺ corpore Xp̄i. † No. ꝙ re
liq̃ę de nouo inuẽtæ nõ ſunt uenerãdæ ĩ publico ſine autho
ritate ſedis Apo. & intellige gl. de oĩno nouis, ſecus, ſi eẽnt
reliquiæ ſctõrũ approbatorũ. Sed dictũ gl. & doc. põt ꝓcede
re, qñ certũ eſt, ꝙ ſunt reliquiæ ſctĩ canonizati. Sed ubi orit̃
aliqua dubitatio, tũc hẽt locũ iſte tex. ut nõ uenerent̃ publi
ce ſine authoritate Papæ. uñ ꝓprie loquitur, qñ dr̄, ꝙ ſunt re
liquiæ ſancti approbati; ſed de hoc non hr̄ clara certitudo:
alias nihil adderet ad c. præcedens; & hoc ẽt ſentit. d. Anto.
hic, & certe tex. hoc clarè innuit. No. ꝯ clericos, qui cã quę-
ſtus decipiunt populũ fingendo reliquias, ubi nõ ſunt, & ma
ximè in hoc errant iſti quæſtuarii ſancti Antonii, & aliorũ.

# De obſeruatione ieiuniorum, Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunium quid ſit, & quotuplex ſit.*
2 *Ieiunans qua hora debet comedere, & an peccet tranſgrediendo illam horam?*
3 *Ieiunium non rũpitur per potum & collationem moderatè ſumptam.*
4 *Medicina neceſſaria non rumpit ieiunium.*
5 *Ieiunans quo caſu, & quibus temporibus poteſt uti lacticinijs.*
6 *Ieiunium quibus temporibus debet fieri ex præcepto.*
7 *Ieiunare nemo compellitur ſub præcepto, ante. 20. annos, poſt ſic.*
8 *Mulieres coniugatæ, an cogantur ieiunare.*
9 *Ieiunium eccleſiæ põt cum cauſa diſpenſari per Ep̄os, ſine cã uero a ſolo Papa. Ieiunium uero uoluntarium, etiam ſine cauſa poteſt per epiſcopum diſpenſari, dum tamen commutetur in melius.*
10 *Ieiunium poteſt transferri in alium diem ex aliqua iuſta cauſa.*
11 *Tranſgrediens ieiunium quo caſu obligetur ad mortale peccatum.*
12 *Tranſgreſſor ſtatutorũ, & ea non obſeruans ex contemptu, peccat mortaliter.*

Viſo de ueneratione ſanctorũ, quia ꝑꝑ eorum uenerationẽ & de-
uotionẽ ſunt indicta ieiunia ab eccleſia, merito poſt rubricam præ-
1 cedentem ſubijcitur iſta. † Et primo quo ad declarationẽ rubricę &
materiæ quęro, quid eſt ieiuniũ, & uide dicatur. So. dicit Inn. ꝙ ieiu
niũ eſt triplex. Primum eſt abſtinentia cuiuſlibet rei edibilis ſm̄ ꝓ
priam uoluntatem, & non ſm̄ ſtatutum eccleſię. uñ largo mõ is, qui
abſtinet ab aliquo cibo placito, põt dici ieiunator. Nã ieiuniũ dr̄a
quodã inteſtino ſic uccato, q̃a ut plurimum eſt uacuum & exinani-
tum. Vnde a ſi inſtar illius inteſtini dr̄ ieiunium ꝑꝑ abſtinentiam, &
euacuationem. Scđm ieiunium eſt, qñ quis abſtinet a rebus humectan
tibus, comedendo. ſ. ſicca, puta panem, nuces & ſimilia. Tertium eſt
abſtinentia a cibis ſm̄ ordinationem ſeu cõſuetudinem eccle. & hoc
mõ capitur hic. Goffr. dicit, ꝙ triplex eſt ieiunium, ſed alio modo.
Nam quoddam eſt ieiunium generale ut abſtinere a uitiis & uolu-
ptatibus, de conſecratio. diſt. 5. ieiunium. Secũdum ieiunium eſt mo
derata refectio. de conſecra. diſt. 5. c. ſint tibi, & cap. nõ dico, & hæc
ieiunia ſunt ſingulis diebus ſoluenda, & de his non tractabitur hic.
Tertium eſt ieiunium, ſm̄ quod ſumitur hic, & in conſuetudine lo-
quendi. & iſtud eſt ſubtractio prandij, & poſt cœnam cuiuſlibet cibi
priuatio uſque ad diem ſequentem, & abſtinentia a carnibus & tra-
hentibus ſementinam originem a carnibus, ut ab ouis, lacte, & ca-
a ſeo. 4. diſti. denique. Item abſtinentia a cibis delicatis & p̃cioſis, a
ut in d. c. denique, & a uoluptatibus, ut in c. q̃ prodeſt. 86. diſt. & ſic
in effectu eſt ieiunium afflictio carnis ex abſtinẽtia ciborum proue-
2 niens modo prædicto. † Et licet docto. hic tranſeant tñ quædam di-
ſcutiam ad uerificationem huius diffinitionis. Dicit. n. primo Gof.
b ꝙ eſt ſubtractio prandii. b Ex hoc vr̄ uelle, ꝙ ieiunans debet cœna
re, & prandere. Cœna. n. eſt ſerotina dicta ab eo, ꝙ fit quaſi in tene-
bris. Prandium uero eſt de mane. Sed ego allego tex. & gl. in contra
rium, in d. c. ſint tibi, de conſe. diſ. 5. ubi dicit text. quotidie eſurire,
& quotidie prandere, &c. & ſic loquitur de prandio. unde gl. ibi con
cludit, ꝙ nõ eſt differendũ prãdiũ uſque ad noctis tenebras, ſicut fa
ciunt Iudęi & Saraceni. uñ cõclude, ꝙ aut loquimur de ieiuniis qua
dragesimalibus, & tũc hora ueſpertina eſt tm̃ cõpetens, i. poſt exple
tas ueſperas in eccleſijs, quæ tempore quadrageſimali dicuntur de
mane, & peccatum eſt anticipare illam horam, de hoc eſt tex. not. in
c. ſolent, de conſe. diſti. 1. Et rõ illius ſtatuti fuit, q̃a in ieiunio qua
dragesimali mitamur ueſtigia Chriſti, iõ ꝙ Chriſtus abſtinuit a ci-
bo. 40. diebus & noctibus, ita nos debemus agere, ſi natura pateretur
humana. Sed quia hoc non eſt poſsibile in humanis pręter diuinum
miraculum, ſtatuit eccleſia, ut ſaltem per omnes. 40. dies ficte ſum-
ptos ho-

a Et ꝑcioſis. Circa
ieiunium uide q̃d
dicit̃ in Euãgelio.
Cũ ieiunatis, noli
te fieri ſicut hypo
critæ &c. uide q̃d
alibi dr̄, Ieiunio
ſanãtur peſtes car
nis. & alibi dicit̃.
Qui corporali ie
iunio uitia cõpri
mis, mentẽ eleuas,
uide in epiſtola
ad Demetriadem,
Nec ieiunium eſt
perfecta uirtus,
ſed cæterarũ uirtu
tum fundamentũ.
& Pau. dicit, Ca-
ſtigo corp⁹ meũ,
& in ſeruitutẽ re-
digo. Alibi dicit̃,
ꝙ moyſes. 40. die-
bus & noctib⁹ fa-
miliã ſermone do
mini pauit. & ali
bi dicit Dauid,
Humiliaui in ie-
iunio animã meã,
& cinerem tãquã
panẽ manducabã.
Helias. 40. diebus
ieiunauerat, cum
curru igneo rapi-
tur in cęlũ. unde
Daniel. 10. c. ꝑ ie
iunium trium heb
domadarum reue
lationẽ accepit a
domino. Chriſtus
quadraginta die-
bus ieiunauit, &
habuit ortũ a deo
35. di. c. ſexto die.
Nã deus ꝓhibuit
primis parentib.
ne comederent de
ligno ſciẽtię boni
& mali. & ſic indi
xit ieiuniũ Deus
in paradiſo. uide
quod hr̄. in c. Adã
40. diſ. Põdera, q̃a
ieiunium eſt abſti
nentia cibariorũ,
ſed Deus nõ ma-
dauit abſtinentiã
ciborũ, licet ꝓhi-
buerit eſum ligni
ſcientiæ boni &
mali. And. Barba.
SEB. SAP.
b Prandii. Hęc fe-
re omnia reaſſu-
mit do. Hiero. de
Tanetinis in trac.
de cõfeſsione, an-
nexo ſub repeti-
tiõe. c. 1. ĩ. de accu.
dũ tractat ꝺ gula.



a Thomam. Et ꝙ hora nona ſit hora prandii ꝓ ieiunantibus, per pul
cherrimas & medicinales rõnes determinat ipſe Thomas ĩ 4. ſen. di.
15. q. 3. art. 4. circa fi. Et adde, ꝙ anticipãtes prædictas horas dicũtur
frangere ieiuniũ. Ita tenet apertè Tho. ubi ſ. 15. di. q. 2. ar. 2. circa fi.
Dicit tñ ꝙ eccleſia non intendit arctare ieiuniũ ad ſubtilem tp̄is in
ſpectionẽ, q̃a non
debet aſtrolabiũ
accipere ad horã
comeſtionis co-
gnoſcendam. un-
de ſufficit, ꝙ circa
illam horã, quam
a eccleſia cõſtituit,
3 ieiunans cibum ſu
mat. Sed dicit, ꝙ
licet ieiunans ni-
b mis lautè comedẽ
do, uel cum nimia
auiditate, uel ni-
mis magnã quan-
titatẽ cibi ſumen
do, peccet, & me-
ritum ieiunii per
dat uel ĩ toto, uel
in parte, nõ tamẽ
eccl'ię ſtatuta trãſ
greditur; & ideo
ieiuniũ nõ ſoluit̃.
Sed ad hoc uulga
tum, inq̃tum dixi
ꝺ nimia auiditate
uide tex. in c. quin
que modis, in fi. ꝺ
conſe. di. 5. & in c.
ſi q̃s, & in c. ſe. 40.
di. Et inq̃tum di-
xi de nimia come
ſtione in prãdio,
uide tex. in c. ſint
tibi quotidiana, ꝺ
cõſe. di. 5. Itẽ inq̃-
tum dixi de hora
prãdii ꝓ ieiunan
tibus, uide omni-
no Do. poſt Arc.
4 in c. q̃ dicit, circa
fi. 12. di. Et ꝙ hora
tertiarum ſit ho-
ra prandii ꝓ non
ieiunantibus, eſt
tex. quem ibi no.
doc. in c. nõ licet,
44. di. Item utrum
5 ieiuniũ ſoluat, q̃
potũ aſſumit plu-
ries, uiđ plenè no.
in c. ex parte, poſt
c d. Ant. de cel. miſ.
SEB. SAPIA.
b Aſſumptum. Vi-
de Deciũ. in c. ad
audientiam, in ſi.
uer. in hac ulti. le-
ctione. ſ. de reſcr.
SEB. SAPIA.
c Ex cauſa. Idem d
tenet Car. Alex. in
c. illa, poſt mediũ
12. di. cum allega
tis per dominum
meu do. Rochum
Curtium in repe.
6 c. fi. in 3. no. circa
prin. ſ. de conſue.
d Sed uide. De il-
lo arti. an tẽpore
ieiunii liceat co-
medere oua, uel la
cticinia, uiđ latiſ.
per Do. in ca. deni
que 4. di. Et ibi di

ptos homines ieiunarẽt. Nam poſt ueſperas ex
pletas dies fictè dr̄ expletus, cũ nõ reſtet aliud
oſtm̃ diurnũ; de quo in d. c; ſolent. ubi ꝑ Arch.
In aliis uerò ieiuniis non eſt hora ꝑfixa ab ec-
cleſia; & iõ cõiter tenetur, ut in nonis licitè ſu
matur cibus, & ita hn̄t homines in obſeruãtia
gñali, & tenet Arch. poſt b. Thomã a in d. c. ſo.
lent. † Dr̄ ſcđò in diffinitione, ꝙ eſt priuatio
cuiuslibet cibi poſt cœnã uſq; ad diem ſequ.
Ex hoc vr̄ uelle Goff. ꝙ ſumer̃ aliq̃d poſt cibũ
aſſumptum, b ſit frangere ieiunium. Inn. hic re
uocat in dubium de potu; & tandem vr̄ conclu
dere, ꝙ potus ante cibum, uel poſt ſumptus nõ
frangit ieiunium. Item ſentit, ꝙ prandere plu-
ries, eſt frangere ieiunium, quia ſic de conſue
tudine eccleſiæ ieiunium approbatum eſt, qua
ſi idem ſentiat. Et ponderabis hoc nullo iure
caueri, ut ſel' tm̃ comedatur in die tp̄e ieiunii.
Sed ego dicerem ſatis hoc caueri, ſi bñ põdere
tus mens. c. quadrageſima, de cõſe. di. 5. Nã ibi 7
dr̄, ꝙ dies dñicales ſunt illo tp̄e ſubtracti ab
obſeruantia; quod nõ põt intelligi, niſi ut tũc
pluries poſsit comedi; ergo in aliis diebus, ut
exceptio ſit bona, ſolũ eſt ſel' comedendũ. Ad
idẽ tex. ĩ d. c. ſint tibi, ubi dr̄ quotidie eſurire,
& quotidie prãdere, &c. vr̄. n. ꝑmittere ſolũ ſel'
com edere in die. Añ uerò & poſteà eſt eſurien
dũ ad afflictionẽ carnis. Putarẽ tñ, ꝙ aliq̃d ſu-
mere ꝓ collatione de ſerò magis ad ſuſtenta
tionem naturæ, q̃ ad delitias, nõ eſſe pctm̃, nec
frãgere ieiuniũ, dũmõ hoc fiat tẽperatè ſm̄ cõ
ſuetudinẽ loci. Nã, ex quo nõ hẽmus in hoc ius
ſpecificũ, recurrẽdũ eſt ad cõſuetudinẽ loci; ad
hoc. c. utinã. 71. di. & c. illa. 12. di. Videmus. n. ĩ e
ſil'i religioſos ꝑcipuè Ciſtercienſes ſtatuiſſe,
ut hi, qui miniſtrãt reliquis tp̄e ieiunii aliq̃d
ſumant, ut melius poſsint differre prandiũ; &
ſm̄ Inn. iſti non dñr frangere ieiunium. Idem
dicit de miniſtrantibus dñis, qui prægustãt ci
bos ex ſuſpiciõe ueneni. † Idẽ dicendũ in medi
cina neceſſaria. Serua ergo in hoc ꝯſuetudinẽ.
Adde tñ no. dictũ. Hoſt. in c. 2. ĩ. e. ubi dicit, ꝙ
in ieiuniis ſolẽnib⁹ & indictis ꝑ eccleſiã nihil
põt facere ꝯſuetudo. Q̃d intelligo, qñ cõſuetu
do ex toto uult iſtud tollere, ſec⁹, ſi interꝑtat̃,
qualr̄ ſit explendũ ieiuniũ mõ ꝑdicto. Nã con-
ſuetudo eſt optima legũ interꝑs, in c. cùm dile
ctus, de cõſue. † Dr̄ tertiò in diffinitione, ꝙ eſt
abſtinentia à carnalibus, & ab oĩbus trahenti
b⁹ ſemẽtinã originẽ ab eis. Et ſic vr̄ uelle Gof.
ꝙ in ieiuniis ſit abſtinẽdũ ab ouis, lacte, caſeo,
&c. & idẽ vr̄ uelle Inn. Hic. n. dicit ex cã c poſſe
ſtatui, puta ꝑꝑ penuriã piſciũ, ut liceat uti iſtis 8
lacticiniis, dicit tñ, ꝙ eis uti ex̃ ieiunium qua-
dragesimale nõ eſt frangere ieiuniũ, licet eden
tes peccẽt, ſecus in quadrageſima. Et fortè hoc
uoluit dicere, q̃a. c. deniq;, q̃d facit mẽtionẽ ꝺ
iſtis lacticiniis, loq̃t de ieiuniis quadrageſima
libus. Nam in alio ieiunio nullus tex. ſpecificè
diſponit. ſic tranſeunt cõiter doct. Sed uide d
notabile dictũ Archi. poſt b. Tho. in c. rogatio
nes, de cõſe. di. 3. ubi dicit, ꝙ ex̃ quadrageſimã
poſſumus licitè uti lacticiniis, ſi hoc hẽt cõſue
tudo; & placet mihi hæc opi. q̃a, ut ꝑdixi. d. c.
deniq;, ſolũ loq̃t in quadrageſima. Et vr̄ hæc
cõſuetudo laudabilis ꝑſertim in ciuitatibus,
ubi nõ eſt copia piſciũ, ut Senis. † Scđò princi 9
palr̄ q̃ro, q̃bus tp̄ibus ſit ieiunandũ? Sol. dicit
Inn. ĩ quadrageſima, ut in d. c. quadrageſima,
& c. ſolent, & c. denique. Itẽ in quatuor tp̄ibus
anni, de q̃bus in multis c. 76. di. Itẽ in uigiliis
Ap̄l'orũ ꝑter exceptas, de q̃bus. ĩ. eo. c. 2. Item
in uigilia aſſumptionis dñæ nr̄æ. Et ſcias, ꝙ in
iure nõ reperitur aliud feſtum dñæ nr̄æ, quod
habeat uigiliam in ꝑcepto. Nam hoc feſtum
aſſumptionis eſt celebrius aliis, ut in cap. fi. de
ſen. excõicatio. li. 6. Fertur tñ, ꝙ quidam Papa
oẽs feſtiuitatum dñæ nr̄æ uigilias poſuit in ꝑ-
cepto, ſed de hoc non habeo ſcripturam authẽ
ticam. Item in uigilia natiuitatis dñi, ut in d.
c. 1. Item in uigilia oĩum ſanctorum. Item in
uigilia ſancti Laurentii. Alias uigilias non
enumerant hic doct. Sed tu adde uigiliam Pen
tecoſtes, de qua habes duas gl. una eſt Io. in c.
ſcire. §. neceſſariò, 76. di. alia eſt Bernar. in c. 1.
ĩ. e. & eas tene menti. Nam Gratianus uiſus eſt
tenere ꝯrium in d. §. neceſſariò. Itẽ dubitatur
de uigiliis rogationum pet tex. d. c. rogatio-
nes, ſed in hoc ſeruanda eſt cõſuetudo loci, ut
ibi no. Sed hic in iſta ciuitate Senarũ, & ĩ iſtis
partibus nõ eſt de cõſuetudine. In Frãcia uerò
ſecus obſeruatur, ubi celebrantur iſti tres dies,
q̃ ꝑcedũt Pentecoſtẽ immediatè, ẽt obſeruatur
ieiuniũ. iõ dimittendus eſt unuſquiſq; locus iu
7 dicio ſuo. † Tertiò q̃ro, q̃ obligent̃ ad ieiuniũ?
Inn. dicit, ꝙ oẽs doli capaces & ieiunare ualen
tes. Nam ſicut in tali ætate peccare pñt, ut in c.
1. & 2. ꝺ delic. pue. ita & peccata flere ꝑ ieiunia
dẽnt; & ita lentè tranſeunt hic doct. Sed in c. 2.
ĩ. e. Io. An. poſt Hoſt. ponit plures opi. Nã q̃dã
tenuerunt, q̃d ſ. dictũ eſt. Alii ꝙ ieiunium non
obliget, niſi poſt pubertatẽ. Alii, ꝙ requiratur
plena pubertas, ut tp̄s. 18. an. Alii, ꝙ tp̄s. 20 an.
Nam ſicut ſm̄ legem Moſaicam ante illud tp̄s
nõ erat quis idone⁹ ad pugnam tp̄alem, ut hr̄.
Nu 1. c. ita nec ad pugnam ſp̄ũalem. Alii, ꝙ req
ritur tp̄s maius. 25. an. nam uſq; ad illam ætatẽ
minor reſtituitur, quaſi non habeat integrum
e ſenſum, ff. de mino. per totum. Alii, ꝙ poſt 21. e
annum quis obligatur, ante uerò nõ, quia ætas
illa nõ patitur, q̃m indiget puer, ſeu adoleſcẽs
cibo frequẽtato ꝑꝑ debilitatem naturæ. Item
cibus ꝯuertit̃ in augmentũ, ſeu dilationẽ mem
brorũ; & ſic nõ ſunt ita potẽtes ad ieiunãdum,
ſicut maiores. Hoſt. in d. c. 2. placet opi. ut ante
20. annũ q̃s nõ obliget̃; & ita trãſit ibi Io. An.
b. Thom. 2. 2. q. 147. art. 4. tenet, ꝙ uſque ad 21.
non obligetur ꝑꝑ rõnes ſupradictas. Dicit tñ,
ꝙ dẽt puer, uel adoleſcens ſe exercitare in ieiu
niis, ut ſic capiat conſuetudinem ieiunandi. Et
inter hanc opi. beati Thom. & Hoſt. non eſt ma
gna differentia, & ſatis põt teneri eorum opi.
q̃ ẽt tenet beatus Hieron. in quadam epiſtola,
Non. n. ꝑceptũ quaſi impoſsibile, ſeu ꝯtra nãm
eſt iniungendum iſtis pueris, ſeu iſtis adoleſcẽ
tibus, quia nõ eſſet, niſi eos illaqueare ad pctm̃
ex tranſgreſsione. Lex aũt dẽt eſſe honeſta &
8 poſsibilis. 4. di. ca. erit aũt lex. Quartò q̃rit̃, q̃d
in mulieribus cõiugatis? Sol. dn̄t doct. ꝙ ieiu
nia uoluntaria non debent expleri ſine lnĩa
maritorum. 33. q. 5. c. noluit, & ca. manifeſtum,
ſed ad ieiunia neceſſaria & indicta ꝑ eccleſiam
obligantur, nec excuſat maritorũ cõtradictio,
q̃a magis eſt obediendũ Deo & uicario ſuo, q̃
maritis iniuſtè ꝑcipientibus. 11. q. 3. in c. Iulia-
nus, & c. dñs, & c. q̃ reſiſtit. Niſi oriretur ſcãda
lum inter eas & maritos. Tunc. n. ſaltẽ cũ lnĩa
ſacerdotis poterunt ieiunia dimittere; q̃d not.
Pro hoc facit, q̃a ꝑceptũ poſitiuũ eccleſiæ nõ
obligat quem cũ ſcandalo, in c. 2. de ope. no.
nun. in c. nihil cũ ſcandalo, de ꝑſcrip. in c. cum
9 teneamur, de ꝑbend. † Quintò quæritur, utrũ in
iſtis ieiuniis poſsit diſpenſari ꝑ ſuperiorem?
Sol. ꝯclude poſt Inn. ꝙ in ieiuniis indictis per
eccleſiã nõ põt aliquis diſpenſare ꝑter Papam,
niſi cã ſit in debente ieiunare. Ex cã. n. põt Ep̄s
diſpenſare, & talia ieiunia in aliq̃d aliud bonũ
compenſare; & cã ſatis ſufficiens eſt debilitas
perſonæ, ſiue proueniat ex defectu naturæ, ſiue
ex exercitio exteriori. Exẽplum in agrimẽſori e

cit, ꝙ ſi tempore ieiunii comedatur de camalione, non frangitur ie
iunium, peccat tñ comedens, ſi hoc faciat ꝑꝑ gulã. Item dicit ibi D.
ꝙ tp̄e ieiunii non eſt licitum comedere aues, quæ nutriuntur in
aquis, licet quidam uulgares contrà. Item an tp̄e ieiunii liceat co-
medere olera cocta cum carnibus, uide tex. in c. ſi. uerſi. non pro ab-
ſtinentia. 30. di. &
ibi uide Docto. in
terminis in 7. no.
ubi tenent, ꝙ non.
Item uide omni-
no ſanctum Tho.
in 4. ſenten. di. 15.
q. 3. art. 4. circa fi.
ubi dicit, ꝙ ieiu-
nium quadrageſi-
mæ magis arctius
obſeruatur, q̃ alia
ieiunia, quia in eo
Chriſti ieiunium
ſm̄ modũ noſtrũ
imitatur; & ideo
in ieiunio quadra
geſimali uſus car-
nium & ouorum
eſt generaliter in
terdictus, ſed in
aliis ieiuniis con-
ſuetudo cuiuſli-
bet loci eſt ſeruan
da.
ANT. FRAN.
Circa hoc q̃d
dicitur de eſu car
niũ & lacticinio-
rum, uide no. in c.
denique. 4. diſt. Et
adde, ꝙ tempore
ieiunii ab eccleſia
indicti, ut in qua-
drageſima, in ieiu
niis quatuor tem
porum, & in aliis
uigiliis, quæ ſunt
de præcepto, de q̃
bus in c. cõſilium,
de obſer. ieiu. eſt
abſtinendũ ab uſu
carniũ & lactici-
niorum, ad quod
uide glo. 33. q. 2.
in c. admonere.
Vbi gl. quęrit, an
ſit ꝓhibitus uſus
lardi. & licet ibi
gl. uideat̃ dicere,
ꝙ nõ, tñ cõtrariũ
interpretat̃ cõſue
tudo; pro hoc ui-
de gl. in c. præsby
ter, in uer. ſangui-
nem. 82. di. & ui-
de Arch. in c. deni
que. 4. diſt. & bea.
Tho. in ſecunda ſe
cundæ. q. 147. arti.
8. Et adde, ꝙ ieiu-
nia indicta ab ec-
cleſia, nõ poſſunt
redimi pecunia,
ſed uolũtaria ſic,
iniũcta ſibi pœni-
tentia per ſuperio
rem, ut per Hoſt.
in c. 1. de uoto, &
in c. præsbyter, in
gl. mag. 82. diſtin.
& per Inn. in rub.
de obſeru. ieiu. &
per Archid. 82. di
ſtinct.
Poſt 21. qua

bus,& in aliis artificibus,ꝗ ex diuturno & lon
go tp̃e debilitantur;ita,℘ commodè ieiunium
tolerare non pñt.Licitè.n.fit in iſtis commuta
tio,arg.82.di.c p̃sbyter,in fi.Nec intelligas,℘
ꝓpria authoritate quis poſſit ſibi hoc ieiuniū
cōmutare,arg.in c.2.in fi.ĩ.eo. & c.1.de uoto.
Vnde gl.in d.c.p̃sbyter,dēt reſtringi ad caſum
illius c.nam ibi redēptio ieiunii permittitur
authoritate illius canonis;unde non debet de-
trahi ad alia ieiunia;& multos decipit illa gl.
& de hoc etiam ibi per Archi. qui tenet,quod
ſ̃.dixi. In ieiuniis uerò,ad quæ quis ſe obliga
uit de uoto,pōt Ep̃s diſpenſare,ēt ſine cā exiſtē
te in uouente,dūmodò id,in quo fit commuta
tio,ſit melius & Deo acceptius,ut in c.1.de uo
to,ubi ſatis bene hoc ꝓbatur; & uide quod ibi
dixi. Et ex his habes dictū prima fronte mira
bile,ut magis ſtringat ieiunium indictum per
eccleſiā,q̃ ieiunium,ad quod aliquis ſe obliga
uit ex uoto.Rō pōt eſſe,quia primū fuit à prin
cipio neceſſariū ; nec eſt obuiandū p̃cepto ſu-
perioris ſine cā.Scđm uerò à principio fuit uo
luntarium,& apparet ſatis de uolūtate Dei,cui
acquiſita eſt obligatio, ℘ uult cōmutationem
fieri ĩ melius,arg.c.magnæ,& qđ ibi no.de uo
10 to. †Sextò quæritur,nunquid ieiunium ſaltem
poſſit de die in diem transferri? dicit Inno.℘
ſic exiſtente cā.Nam uidemus,℘ ſi feſtum ſit in
feria ſecunda,non ieiunatur in die dñico , ſed
transfertur ieiuniū in die ſabbati p̃cedētis,ut ĩ
c.1.ĩ.e.Ita dicendū pari rōne,℘ ſi uigilia con
tingit in aliquo feſto ſolenni, ℘ tunc uigilia
ꝑꝑ uenerōnem feſti poſſit quo ad ieiunium ex
plicari die p̃cedenti ; & ponūt exēplum doc.in
multis locis Franciæ , ubi colitur feſtū ſancti
Quintini,qđ accidit in uigilia oium ſanctorū.
Non.n.tunc homines ibi ieiunant ꝑꝑ feſtū ſo-
lenne,ſed transferunt ieiuniū in alium diem;
& idem poſſet fieri,qñ accidit ieiunium in fe-
ſto principali alicuius ciuitatis,uel loci, ut ie
iunium transferatur in diē p̃cedentē; qđ bene
no. & placeret mihi, ut iſta tranſlatio fieret ꝑ
11 Ep̃m,arg.in c.2.in fi.ĩ.eo. †Vltimò hic quæro,
nunq̃d tranſgrediens ieiunium ſolēne,obliget̃
ad pc̃m̃ mortale? gl.25.di. in c.unum orariū
§.al̃s ea demū,ur̃ ſentire,℘ ſic.Sed d.Car.ĩ.eo.
a c.2.dicit hoc ꝓcedere,qñ ieiuniū omittitur a
ex contēptu,uel inobedientia,ut ꝗa nō uult ſe
ſubiicere p̃cepto ſuperioris,ſecus,ſi ſine ꝯtem-
ptu,quia tunc tranſgreſsio ſolū obligat ad ue
niale; & dicit hoc tenere Archi.in d.§. al̃s ea
demum. Sed Archi.ibi ſolùm refert opi. Io.de
Fontana,& tranſit . Sed al̃r reperi eum ſentire
in c.utinam.79.di.ubi dicit,℘ ſi quis ex aliqua
cā tranſgreditur ieiunium non peccat mortali
ter. Quod pōt intelligi,qñ fortè erat debilis,
nec curauit ire ad ſuperiorem ꝓ lnīa; & ſic ſe
cus ſentit,qñ nulla ſubeſt licita cā. †Sed ꝓ pri
12 mo dicto facit notabile dictū Calde. in c.1.de
conſtit. ubi dicit,℘ tranſgreſsio canonis obli
gat ad mortale,qñ fit ex cōtēptu, ſeu inobediē
tia. Et cōtēptus ꝓpriè eſt,qñ ex ſola uolūtate
nō uult ſe ſubiicere ſtatuto ſuperioris.unde di
b cit,℘ iſte cōtēptus b clarè apparere nō pōt,ni
ſi poſt monitionem.Sed ſi quis trāſgreditur ex
cōcupiſcētia,uel negligentia, tunc ſolùm obli
gat ad ueniale.qđ dictu prima fronte ur̃ mira
bile,& hoc dictū putarē uerū,ubi ſuperior ali-
quid iniungeret per uerbū cōe; puta per uerbū
ſtatuimus,uel ordinamus,uel ſimile.Secus cre-
do,ubi ꝓcederet ꝑ uerba p̃ceptiua,uel æꝗpol-
lentia. Nam tranſgreſsio p̃cepti ſuꝑioris obli
gat ad mortale, licet fiat ſine cōtēptu.14.q.1.
ca.qđ p̃cepi,& in c.2.de maio.& obe.Facit qđ
dicā in c.nā ꝯcupiſcentiā,de cōſti.ubi oīno ui-
de in quo gñal̃r tractabo,an & qñ trāſgreſsio
ſtatuti,uel regulæ obliget ad mortale. Et fuit
illud dictum beati Thom.℘ ubi ſtatutū fit per
uerba cōia, trāſgreſsio regulariter nō obliget
ad mortale; qđ intellige,qñ fit ſine cōtemptu.
Nā ſicut nō ois tranſgreſsio legis obligat ad
mortem tp̃alem,ita nec ad mortem æternam,
q̃ ꝓuenit ex pc̃ō mortali.25.di.c.unū orariū .
Et ideò ad propoſitum ponderanda ſunt uer-
ba ſtatuti,ſeu canonis, quibus indicitur ieiu-
nium,an ſint uerba præceptiua,an æquipollen
tia, ſeu communia &c. & collige ex prædictis
& ex his, quæ dicam in d.c.nam concupiſcen-
tiam,& prædicta no.bene,quia materia eſt pe
regrina; & ideò ſerioſè inſiſti ſuper rub.

SVMMARIVM.

1 *Non ualens ieiunare uno die , an & quo caſu poſſit & teneatur alio die ieiunare.*
2 *Clericus non ualens dicere officium propter infirmitatem,non tenetur illud reaſſumere.*

## CAP. I.

EX parte. Vigilia occur-
rens in dñica,
ieiunari debet in ſabbato,& ie
iunanda eſt uigilia Mathiæ.
Cōis diuiſio.Secunda,ibi,*ad quod.* Caſus
lr̃alis.Quęſitū fuit à dño Papa ; utrum ſi
natiuitas dñi,uel aſſumptio.b.Mariæ uir
ginis,uel feſtiuitas alicuius Apl̃orum in
ſcđa feria uenerit,ĩ die ſabbati p̃cedētis,
uigilia debet ieiunari ? & utrū in uigilia
beati Mathiæ Apl̃i ſit ieiuniū iniūgēdū?
Ad qđ breuiter rñdit Papa,℘ die ſabba-
ti feſtiuitates p̃libatas ſcđę ferię p̃ceden
tis , & beati Mathiæ Apl̃i debet uigilia
ieiunari.B. No.1.ex tex.℘ in uigilia nati
uitatis Dñi,& aſſumptionis.b.Marię uir
gi.& oīum Apl̃orum eſt neceſſario ieiu-
nandū,& pondera ℘ ſolū dicit de uigilia
aſſumptionis.b.Mariæ uir. Ex quo infert̃
℘ alia feſta.b.Marię nō hñt quo ad p̃ce-
ptum ieiunii uigiliā, quod dixi.ſ̃.in rub.
1 †Secundò no. ℘ ex cā lĩma pōt mutari
c ieiuniū de die in diem . Et facit [c] prima
frōte iſte tex.℘ ñ ualēs ieiunare ĩ die ſta
tuta,tenet̃ alia die, quaſi ſit obligatus ad
duo,ſ.ad ieiunādū,& illa die. uñ ſi ĩpedit̃
in illa die , remanet obligatio ieiunii in
alia die,arg.opt.hic. & in c.cū dilecti,de
dɔ.& cōtum. & in l.Celſus,ff. de arbi.de
quo dubito ꝑ c.2.ĩ.e. ubi nō ualenti ieiu
nare in quadrageſima,nō iniungit̃,ut ie-
2 iunet alio tp̃e. † Ad idē qđ no.Inn.in c.
1.de cele.miſ ubi dicit,℘ nō ualens dice
re offm̃ ꝑꝑ infirmitatem,non tenet̃ illud
reaſſumere alio tp̃e , quaſi offm̃ ſit ſerui-
tus cuiuſq; diei, & uariatur ex tp̃e; ita ur̃
dicendū in ieiunio . Nā ſi teneor p̃ſtare
operas certo tp̃e,& ĩpediar,nō ſum obli
gatus in alio tp̃e,ꝗa non ſunt eædē opæ,
ſed uariant̃ ex tp̃e,ut eſt tex.no.in l.ſi nō
ſortem.§.libertus,ff.de ꝯdi.inde. Et ſi re
linꝗt̃ mihi uſusfructus biennii futuri, &
ĩpediar, nō poſſum petere uſumfructū al
terius biennii, ꝗa nō eſt idē uſusfructus,
ut l.ſi uſusfructus mihi in bienniū, ff. de
uſuf.leg.& iſtā ꝑtem crederem ueriorem.
Ad iſtū tex. rñderē,℘ loꝗt̃ in tranſlatio
ne fienda ex cā , q̃ nō eſt in ipſo debente
ieiunare, licet ꝑꝑ feſtū fit in aliū diem.
Vltimò no.℘ uigilia beati Mathiæ eſt in
pręcepto. Ratio dubitandi fuit quia Ma
thias non fuit de nu.12. à principio, ſed
ſucceſsit poſt mortem Chriſti in locum
Iudæ , dum Apl̃i poſuerunt ſortem ſup
eum & Barnabam.Et ratio decidēdi eſt,
quia

ætate quis teneāt
ieiunare,uide latè
per Archi.in c.ꝓ-
nunciādum , circa
med. de conſecra.
di.5.ubi recitatis
uariis opi.conclu
dere uidet̃, ℘ non
teneatur ante 21.
an. & uide omni-
no de hoc latè ꝑ
d.Ant. in c.conſi-
lium,in ult.col.ĩ.
eod.& uide etiā ꝑ
ſanctum Tho. i lo
co hic alleg. per
iſtum,ubi conclu-
dit , ℘ cum pueri
indigeant frequē
ti cibo, & nō mul
to ſimul aſſūptō ,
tum etiā quia in-
digent multo nu
trimento, non te-
nentur ad obſeruā
da eccleſiæ ieiu-
nia uſque ad finē
21.anni. Dicit ta-
men, ℘ cōueniens
eſt, ℘ ad ieiunan-
dum in hoc tēpo-
re ſe exerceāt plꝰ,
uel minus, ſm̃ mo
dum ſuæ ætatis,di
cit tñ , ℘ quādoq;
magna tribulatio
ne imminente in
ſignum pœniten-
tiæ arctioris , etiā
ieiunia pueris in-
dicuntur ad placā
dum Deū; & idem
etiam pūctualiter
in terminis ad li-
teram concludit
Tho.in 4.ſent.15.
qō.3. arti.2. ultra
medium . Et adde
hic Tho.in 2.2.q.
147. artic.4. ultra
medi. ubi dicit,℘
pauperes, qui pñt
ſufficiēter haber̃ ,
qđ eis ſufficit ad
unā comeſtionē ,
non excuſantur à
ieiunio ꝑꝑ paup-
tatem,ſed dicit,℘
illi,qui fruſtatim
eleemoſynas men
dicant,ꝗ non pñt
ſimul habere , qđ
eis ad uictū ſuffi
ciat,à ieiuniis ec-
cleſiæ excuſari ui
dētur.Dicit etiam
in ea.q.e.ar. ℘ ma
gis ꝯuenit, ℘ cum
imperfectis, & no
uitiis, & iuuenibꝰ
diſpēſetur, q̃ cum
antiquioribus &
perfectis. Item ad
de quod no. Doc.
in c.nerui,circa fi
nem 12.di.ubi di-
cit , ℘ adeo exte-
nuans corpus ſuū
ieiuniis & uigi-
liis , ℘ ex hoc ue-
roſimiliter ſequat̃
mors, peccat mor
taliter; & alleg.c.
non mediocriter,
de conſe.di.5.

ANT. FRAN.

Ad hoc , qua
ætate ſit ieiunan-
dum,uel non, qua
ætate excuſet̃ qs
ieiunio indicto ꝑ
eccleſiā,uide glo.
in c.2.in fi.de ob-
ſer.ieiu. & ibi per
Io.An. & uide In.
in ea.rub. & ſanct.
an. multa allegat, & aliq̄tulū cōfusè, inſtabo capiēdo dicta ſua p cōclones. † Prima cōclo ſit iſta. oēs talleę & exactiōnes gn̄ał̄r ſunt dānatę p noua iura, & maximè q̄tū ad eccleſias, ut in l. Federici, hac ędictali. §. illicitas; q̄ dic, q̄ illa lex eſt in li. feu. ſub rub. de pace iu. fir. col. x. & illius §. uerba for malia ſunt hęc. Illicitas ēt exactiones, & maximè ab eccleſi s, quarū abuſus lōgo tp̄e inoleuit p ciuitates & caſtra, oīmode dānam' & p̄hibem'; & ſi factæ fuerint, in duplū reddat̄. Ad idē facit alia lex, q̄ incipit: ad decus & decorē, ſub ru. deſtatutis & cōſuetudini. ɔ̄ lib. ec. editis, col. ea. §. itē nul la cōitas; cuius uerba ſūt hęc. Itē nulla cōitas, ptās, uel pſona publica, uel priuata, collectas, ſiue exactiones, angarias eccleſiis, uel aliis piis locis, uel eccl'iaſticis pſonis iponāt: aut inuadere eccl'iaſtica bōa pſumāt; qd̄ ſi fecerint & requiſiti ab iperio, uel eccl'ia emēdare cōtēpſerit, i duplū reſtituāt: nihilomin' bāno iperiali ſubiaceāt; qd̄ nullaten' abſq; ſatiſfactiōe debita remittat̄. Ad idē uide qd̄ hr̄ in auf. de ec cl. ti. §. ad hoc ſācim'. & auf. nulli iu. liceat. §. nulli uerò, co 9. No. hāc cōclōnē, & intellige eā rōr. Nā in multis caſib. p mittūt collectæ & exactiones, ut ī. patebit; & not. bn̄ pœnā collectātiū eccleſias & pſonas eccleſiaſticas de iure ciuili. De iure uerò canonico uide qd̄ no. ī. e. nō minus, & ī cle. pſenti, de cēſi. Et quatenus dixit tex. pal. q̄ dēt collecta bāno iperiali ſubiacere, dic bānū eſſe diffidationē q̄dā, & eſt ini tiū belli, De quo uide qd̄ no. Bal. i auf. itē nulla cōitas, C. d̄ ſa. ſan. ec. q̄nq; ēt ſumit̄ bānū p pœna pecuniaria; d̄ quo ui 11 de tex. cū gl. i c. ſtatuimus. 26. q. 1. † Scd̄a cōclo, q̄ cūq; dicit collectas ſeu exactiōes eē licitas, hoc pbare tenet, ut p leges, uel p ſenatuſcōſultū, uel p cōſtōne pricipis, C. de uaca. mu. pu. l. unica li. x. uel p cōceſſionē a pricipe ex cā ſpāliter impetra, C. de ſuperindi. l. unica. li. x. & uide qd̄ no. Arch. in c. ſi qs Romipetas. 24. q. 3. & qd̄ le. & no. in c. innouam', de cēſi. Vel p cōſuetudinē a diuturnā ñ p uiolētiā, ſed ſponte cōiter ab oīb. approbatā, C. de cano. larg. l. pcipit, de au. co ronario. l. una. li. x. Et itellige hoc ultimū, q̄ñ cōſuetudo tēdit i fauorē pricipis, ut ſibi acq̄rat collecta. Tūc. n. ualet cō c ſuetudo diuturna mō pdicto. uñ dicebat̄ i quadā lege Conradi, q̄ hodiē nō hēmus, ut hic refert Io. An. q̄d [illegible] antecelſores habuērūt, hſre uolumus: illud uerò, qd̄ nō habuerunt, nullo mō exigimus &c. uñ aliud puto, cū qs citra Imperatorē uelit ſibi uēdicare ius iponēdi talleas, & collectas p cōſuetudinē. Nā tūc cū uelit pſcribere iura reſeruata prīcipi, req̄rit̄ tp̄s, de cui' initio ñ ē memoria, ut i c. ſup q̄buſdā, de uer. ſi. & uide qd̄ no. Bar. i l. publicanus. §. i oīb. uectigalib. ff. de pu. Et no. bn̄, qd̄ dixi de cōſuetudine inſpicieda in b collectis iſtis, & p illā. l. 1. C. d̄ au. cor. Dixit ſingl̄r ibi Bar. b q̄ ſi ɔ̄ſuetudo hēt, q̄ forēſes tenēat ſubire onera pſonalia, poterūt uigore cōſuetudinis ad hoc cōpelli, qd̄ ppetuo tenēti, & itellige pdictā cōclōnē ſm̄ Io. An. & bn̄ quo ad 12 laicos. † Eccleſia uerò & pſonæ eccleſiaſticæ legib. ēt imperialib. i his adſtrigi nequeūt, ut patet i eo, qd̄ legi. & no. in c. eccleſia, & c. q ī eccl'arū, de cōſt. & de ſol. c. ſi. de deci. c. tua, & ī. e. nō minus, & c. aduerſus. Nec ualet cōſuetudo ɔ̄ria, q̄ ī hac pte cēſēda ē eccl'iis oneroſa, & iō remittēda, C. de cō 13 ſue. l. 1. † Quātū uero ad laicos pt pricepsImperator ſuper his leges cōdere, & priuilegia cōcedere, ut patet. C. de uaca. mu. l. unica. li. x. & ff. de iure im. l. ſp. §. ſi. & C. de exc. mu. l. placet, li. x. cū ſi. Ipſe. n. Imperator ſolus inter principes ſeculares ſolutus ē legib. ff. de legi. l. pricipes, & C. e. l. digna uox, & ipſe ſolus mūdi dn̄s dr̄, ff. ad leg. Rho. de iac. l. deprecatio, & C. de quadr. pſc. l. bn̄ a zenone. Ipſe. n. ē unus & ſolus īter ſeculares, p quē neceſſe ē reipublicę cōſuli, cui datū ē, ut qd̄ cūq; ɔ̄ſtitueret, ratū ſit, ff. de ori. iu. l. 2. §. nouiſſimè. Igit hāc plenitudinē ptātis ī tpalib. extēdere nō poſſumus ad aliū pricipē ſecularē, quis multi aliī nō ſolū reges, ſed ēt inferiores hāc ſibi approprięt uſurpādo: ſed er rāt ſm̄ eū, ut lc. & no. i c. p uenerabilē, q̄ ſi. ſint leg. & no. c. ſanè, de pri. No. plura ex pmiſſa cōclōne. Primo, q̄ ſolus Im

perator poſſit ſup his exactionib. nouā legē cōdere, & ſup his liberè diſpōere: ſe a c' i aliis pricipib. iferiorib. Lita, put dicā i ſequēti cōclōe. Itē itellige, niſi talis ſit priceps, q nō recognoſcit ſupiorē de facto, ut Rex Frācię, uel Hiſpāię, uelali', q pſcripſerit iura iperii, ut pbat ī d. c. p uenerbile, & c. ſup q̄buſdā, de uer. ſi. & p In. i c. cū P. tabellio, de ſi. inſt. & p Bar. i l. īfamē, i ſi. de pub. iu. & l. hoſtes, ff. decapt. & l. ſi publican'. §. in oīb. uectigalib. ff. d̄ pub. Et uide d̄ ſupma ptāte Imperatoris, & qualiter oīs alia ptās ab eo tāq̄ a flūine depēdet, i c. 1. qs dicat Dux, Comes, b &c. & i c. unico, q̄ ſint regalia, co. x. & vtro 14 biq; p Bal. † No 2. q̄ eccl'ia ñ diſtrigit legib. i pialib. i iſtis onerib. ſubcūdis. Quod dic pcedeē, ēt ſi ſint regalia, & hoc iō: q̄a eccleſia, ſacerdotes, & eorū bōa ſt ab eis exēpta, ēt de iure diuino. Ad q̄d uide pedagiorū, tex. cū gl. i c. q̄ q̄ pedagiorū, de cēſi. li. 6. & facit qd̄ no. Bal. i auf. itē nulla cōitas, C. de ſa. ſan. ec. Tertio no. q̄ ñ ualet ɔ̄ſuetudo i ɔ̄riū, & facit ad pdicta qd̄ dicā ī. e. c. 15 ñ minus. † Tertia cōclo: Dn̄i tpales citra Impatorē pn̄t ab oīb. ſuis talleas exigere i caſib. licitis a iure, ur̄ cōſuetudie appro c batis, quaten' dicit de cōſuetudie; itelli 16 go, ſm̄ qd̄ pdixi i cōclōne pce. † Quarta cōclo. Nō ſolū Impator, ſed ēt dn̄i inferiores pn̄t īmunitatē talliarū, & exactiōnū cōcedere ſubditis ſuis. Differūt tn̄ in hoc, ſm̄ qd̄ Io. And. ſentit, ſi aliqs citra pricipē ceſſit hāc īmunitatē, nō eſt oc caſione h' priuilegii hoīum uniuerſitas aggrauāda. uñ ſm̄ eū, ſi un' locus cōſueuit dare cētū libras, & dn̄s terræ alicuī d habitatorib. īmunitatē pſtiterit, dicēdū q̄ ſibi pìudicare potuit, ſed ñ uniuerſitati. Dēt ergo detrahi de ſūma cētū libra rū pars, q̄ ī hoc priuilegiatū cōtigeret, ſi priuilegiū ñ hēret. Qd̄ āt rſtat, p portionabiliter ſingulis aliis iponat̄, de quo remittit ad Spe. de cēſi. nūc dicēdū. nā ſi diceremus ɔ̄riū, ſequeret̄ iiuſtū, & abſurdū: q̄a ſi ſinguli ſic priuilegiarent̄ paucis exceptis, ſequeret̄, q̄ totū onus illis pau cis remaneret, qd̄ ē iiuſtū, & q̄nq; foret īpoſſibile, ar. ff. de cōd. iſt. l. cōdōnes, & l. filius. Si āt talia priuilegia ab Impatoribus cōcedāt, oīno ſt ſuāda ſicut ſonant, dūmō motu pprio pricipis ſint cōceſſa, ut ī iurib. ſupi' all. ſecus ſi p ambōnē, ur̄ īportunitatē petētiū ſt obtēta. Et hocca ſū ſm̄ eū pn̄t iura intelligi, q̄ unr hmōi priuilegia annullare, ut C. ſi ɔ̄ ius ur̄ uti. pub. l. ſi. & l. uacuatis, C. de decu. li. x. & l. ſi qs ſine, cū l. ſe. C. de uect. & cōmiſ. cū ſi. 19 † Dicit tn̄ Io. An. d q̄ ſi p priuilegiū prin d cipis pprio motu cōceſſū uniuerſitatem grauiter lædi cōtigeret, ē ſup hoc ipſius pricipis īmediū iplorādū, ut patet ex eo, qd̄ legi. & no. ſ. de deci. c. ſuggeſtū: dētm̄ uniuerſitas æquanimiter ſerre modicā lęſionē: q̄a nec p modico eſt reſtō facienda, ut ī l. ſcio, ff. de in integ. reſt. & c. pen. de reb. ec. ñ ali. & c. 1. de in in integ. reſt. & c. pen. Per hoc tamen non derogatur

SEB. SAPIA. a Per conſuetudinem. An per conſuetudinē acquiri poſſit ius collectā ti, uide Ale. in cō ſi. 68. inci. uiſo & dudum diſcuſſo, col. 3. in 2. uol. Ia ſo. in l. de quibus, col. 14. ff. de legi. Are. in conſi. 132. inci. in cauſa, quę uertitur, & Alex. in conſil. 52. inci. uiſis his, in 5. uol. b Et idē dicit ibi Bar. in ſcholarib. q̄ licet ad onera perſonalia cogi non poſſint. l. 1. & ibi Bar. C. qui pro ſe. uel æt a. ex li. x. tn̄ ſi de conſuetudine eis imponuntur, ad ea poterūt cogi, & hoc ſequitur d. Ale. in d. l. 1. C. de profeſ. in addi. ad Bar.

SEB. SAPIA. c Aggrauanda. ui de Alex. in con ſi. 178. inci. in occurrenti caſu. col. pe nul. in 2. uol. & in conſi. 101. incip. uiſis inſtrumētis, 1. col. in 1. uol. & in conſi. 126. inc. in cauſa & lite, colum. 6. in 6. uo.

d Adde hic, quod determinat Io. de Imo. in q̄ō. quam ponit, & dicit fuiſſe de facto in l. ab omnib. In ſi. princ. ff. de leg. 1. q̄ ſi papa imponat collectam clero, & aliqui de clero ſint exempti, & non teneantur ſoluere aliq̄d̄ onus, uel aliquam collectam quācūque ex cauſa impoſitam, q̄ alii clerici tenebūtur ſoluere collectam integram, etiam pro parte exemptorum. Et ſi dices, q̄ clerici nimis grauantur ex eo præſertim, q̄ ſoluunt pro partib. exemptorum, rñdet ipſe Imol. quod erit dare remedium, q̄ priuilegium exemptio nis reuocetur, & papa debet reuocare, ex quo tale priuilegium eſt aliis pernicioſū, alleg. text. quem alleg. hic Ioann. An. & panor. in e.

Principi,& maximè papæ p̄tāti,quæ q̃ta
18 ſit,colligiť ex d.c.p uenerabilē.† No.plu
ra ex hac conclōne.Primò,ꝙ ꝯceſſio, ſeu
priuilegiũ inferioris nõ p̄iudicat uniuer
ſitati,ſed ꝯcedenti. uñ ſecus in priuile-
gio p principē ꝯceſſo. hoc dictum plenè
a examinaui in c.accedẽtes,[a]de p̄ſc.iō dic,
19 ut ibi dixi in lec.† Scđò no.ꝙ priuilegiũ
cõcedens immunitatē ñ ualet,niſi ſit ꝓ-
prio motu cõceſsũ.Tu dic hoc uerũ, niſi
in reſcripto ſit apposita cl'a tali lege nõ
obſtãte:qa cũ ſit ꝯ legē,nõ ualet,niſi ſit ĩ
eo de ea facta mētio,ut no.Bar. in l. eua
cuatis,C.de decu.li.x.& in l.fi.C.ſi ꝯ ius,
uel uti.pub.facit.c.ex parte,de capel.mo
20 na.& uide qđ dixi ĩ c.ñulli,đ reſc.† Itē
no.ꝙ inferior a principe p̄t in ſuo priui
legio immunitatē a collectis cõcedere;
ſed ñ ĩ uniuerſitatis p̄iudiciũ.Idē & for-
tius dic,qñ ueniret priuilegiũ ĩ p̄iudiciũ
Imperatoris,ut ĩ d.l.euacuatis, & qđ ibi
22 no.in gl.† Ex his infero ad qōnē,an ciui
tas poſſit hoc priuilegiũ ĩmunitatis ali-
cui ꝯcedere,& qd ĩ decurionib. ciuitatis?
Sol.diſtingue p⁹ Bar.ĩ l.2.ff. de iure im-
mu.& l.euacuatis,p̄al. Quòd aut querit
de ipſis decurionib.eſt dicendũ, ut hr̃ in
l.1.C.de decu.ubi cõcludit, ꝙ doctorib.
medicis p̄t p eos cõcedi:aliis uerò nõ;&
dic,ut ibi legi.& no.Reſpũ uerò ciuitatis
diſtingue,ꝙ aut uult cõcedere ĩ p̄iudiciũ
dñi ſuperioris;& nõ p̄t,ut no.in gl. in d.
l.euacuatis;facit qđ in ſil'i leg. & not. in
c.ueniēs,de iu.iu. Aut uult concedere in
ſui p̄iudiciũ;& tunc ſi uult cõcedere iam
ſubditis;& ñ p̄t,ut in d.l.2.ff. de iure im-
mu.niſi fieret ꝯceſſio aliquib.ex cã, puta
doctorib.& medicis,ut in d.l.1.C. de de
cu. Aut uult ꝯcedere ñ ſubditis uenictib.
ad habitãdũ de nouo ĩ ciuitate,& p̄t,ut ĩ
d.l.2.& l.pe.ff.de decr.ab ord.fa.& quod
ibi no.hoc ĩtellige ĩ ciuitate nõ habēte
iura pricipis,ut p̄dixi.Nã illa p̄t,ſicut Im
perator,ut no.ĩ d.l.iſamē,& ĩ c. ſup qui-
22 buſdã,de uer.ſi.† An ãt poſſit ciuitas ĩ-
ponere collectas, dic, ꝙ ñ ꝓ utilitate pu
blica,ut ĩ l.una,C.de ſupindi.li. x. ſed ꝓ
neceſſitate ipſius ciuitatis,ſic. Et idē dic
ĩ ꝓuicia,ut no.Bar.ĩ d.l.una,& uide glo.
no.ĩ l.1.ff.qđ cuiuſq.uni.no.p eũdē Bar.
ĩ l.4.actor,ff.de re iu.facit qđ no. Inn.in
c.grauē,de ſen.exc.Itē qđ dixi,ꝙ nullus
citra Principē p̄t remittere collectam in
preiudiciũ ipſius principis,dic hoc uerũ,
niſi ob nimiã paupertatē.Tunc.n.officia
lis ſup exactiōe deputatus, põt remiſſio
nē facere,ut no.poſuit Bar.poſt glo.in l.
b oēs,C.dc decu.[b]li.x.† Vlt.no.remediũ ꝯ
priuilegiũ ipſius principis eſt,ut implore
tur remediũ ipſius principis. Põdera, ꝙ
Io.An. non dicit,ꝙ ſubditi pñt reſiſtere,
ſed ſupplicare principi,& uide ĩ hoc, qđ
23 dixi in d.c.accedētes,de præſc.† Quinta
cõclo,eſt ꝙ immunitas ſub gñalitate cõ
ceſſa,nulla ſpecificatione facta, neminē
excuſat ab onerib.p̄rimonialib. ſuppor-
tãdis.Et uide tu ĩ hoc bo.tex.ĩ l.q ĩmuni
tatē,C.de mu.pa.li. x. Tu uerò diſtigue,
ut lati⁹ no.Bar.ĩ l.2.ff.de iure ĩm. ubi di
cit,ꝙ q uult plenã ĩmunitatē cõſequi, de
bet eã hr̃e ſp̄aliter & diſtinctè,ut fiat mē
tio de onerib.realib.& p̄ſonalib.ordina
riis,& ex̃ordinariis.Si.n.alicui cõcedere
tur immunitas a munerib.ſimpl'r,ñ hr̃et
immunitatē a patrimonialib.d.l.qui im
munitatē.Et uide de hac mã bo.glo.in l.
his onerib.ff.de uaca.& exc munerũ.nec
intelligeret de munerib. ordinariis, ſed
extraordinariis,ut l.hi q,& l.ſũt mune-
ra,ff.e.ti.Itē nõ porrigũt ad honores, ut
l.cui muneris,ff.de mune.& ho.Iō ſit cau
24 tus,q hæc priuilegia impetrat.† Vlt. po
nit hic Io.An.an is, q factus fuerit ciuis
alteri⁹ ciuitatis eo pacto, ut collectas &
munera ñ ſubiret,ſit ĩ ſuo priuilegio ma
nutenēd⁹,& cõcludit p⁹ Gof.ꝙ ſic,l.1.C.
de his,q ſpõ.mu.ſu.Et dic,ꝙ hoc priuile
giũ eſt irreuocabile, cũ trãſiuit in ꝯctũ,
uel quaſi,de quo uide qđ no.Bar.ĩ l. q ſe
met,ff.de decr.ab or.fac.p Io.An. ĩ add.
Spe.ĩ ti. de cēſi.§ nũc dicēdũ, in 3. & 4.
25 col.ubi de hoc,& ſimilib.qōnib.† Tangit
ēt incidēter Io.An.hic, an hñs immuni
tatē ñ ſoluēdi,renũciet illi ſoluēdo. ar.
p⁹ Tanc.ex multis legib.ꝙ ſic. Tu uide ĩ
duob. locis, an p actũ ꝯriũ renuntiet qs
priuilegio in totũ,in l.uoluntariè,C.de
exc.tu.ubi plenè p Cy.& in c.cum ueniſ
ſent,de inſt.ubi plenè p doc.& aliquid p
Inn.in c.accedentib.de priui.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota non poteſt renuntiare emphyteoticariæ domino contradicente.*
2 *Locare an poſſit quis in perpetuum operas ſuas?*

CAP. III.

INdicatum. Hoc c. cõiter nõ ſummatur,ſed gñal'r põt ſic ſummari. Ruſticus adſtrictus ad culturã agrorũ eccl'iæ, non põt illã deſerere.h.d.Caſus lit. Quidã ruſtici eccl'iæ rura eius deſerentes, in priuatorũ poſſeſſionib.culturã exhibebãt.Quod ſignificatũ fuit dño papæ,qui ſcribit Vitali defenſori Sardin.ut experientia ſua hmõi fieri non permittat.B.No.primò,ꝙ etiã eccleſia põt habere ruſticos adſtrictos, & neceſſarios,& nil mirum. Nam & ſeruos hr̃e põt,ut in c.ecleſiarum ſeruos, & in c.cum redemptor,cum ſim.12.q.2.Et aduerte quia tex.iſte iudicio meo poteſt intelligi dupliciter.Primo ĩ colonis nr̃i t p̄is,qui aut pro certa mercede, aut pro certa quota fructuum ſe obligauerũt ad certum tēpus,uel incertũ ad agros colēdos.His enim obligatis durante tempore non licet illorum agrorum culturam deſerere:quia contractus a principio ſũt uoluntarii:ex poſtfacto uero ſunt neceſſi
1 tatis,ut l.ſicut,C.de act.& obli.† unde p hunc tex.dicit Specu. in titu. de locato. §.nunc aliqua,uerſicu.138. ꝙ ſi emphy-
c teota[c] uult dimittere rem, quam habet in emphyteoſim, domino contradicente non poteſt, ut dict.l. ſicut. Secundo modo poteſt intelligi de ruſticis adſcri-
ptitiis,

ſuggeſtũ, de de-
ci.& refert ſimpli
citer ſequiť d.Iaſ.
de May. in l.auus,
ff.de pact.ĩ 3.col.

a Et,adde Ludo. Rom. in l.4. in prin.ff.de re.iu. d.Ale.Imo.in conſi.419.incip.in occurrenti caſu, in pen.col.& Pau.de Caſt.in l. auus,ff. de pac.Tu in hoc diſtingue, ut per Io.de Imo.in l.ab omnib. in prin.ff. de leg. 1. Et ad p̄dicta,uide Bar. in l.2.C.de apo pub. lib.10. ubi ponit, qñ unus de uniuerſitate non poteſt ſoluere partē collectæ ſibi impoſitę,an alii teneantur pro eo ſubire? dic, ut ibi per eũ, & in l.legatorum ff.de leg.2. & in l. 4.§.actor,ff. de re iud.Et ibidem per do.meum. d. Ambro. de Opiſonib. Adde ēt prædictis gl.no.& repu. ſingu.in l.euacuatis, C.de decu.in glo. fin.li.10. quæ not. ex illo tex.ar. contra ruſticos,q cõcedunt aliquando immunitatem alicui fabro,quã ipſi teneantur pro eo ſoluere. Ad quam gl.adde Lud. Ro. conſi.252. inci. ꝓ deciſione propoſitę conſultationis, & d.Alex.Imo. in conſi.178. inci.in cã & lite uertente inter Iac. in 6.co. in fi. & ſecundum illam gloſ.limita prædicta, quando communitas, cui fuit impoſita collecta,eſt illa,q̃ fecit aliquem exemptum, & tunc proculdubio ipſa tenetur ſoluere.

b Corruptè alleg. hic Pan. quia eſt in ti.de ann.& tri. li. x. & idem Bal. in ſuo trac.de carce.in 4.col.per gl. in d. l. omnes, C. de annonis. Adde Bar. in l.interdũ, §.ſi quis profeſſ⁹, ff.de pu. & d. Alc. Imo.in l. filiusfa. in princ.ff. de do. Item adde hic, ꝙ per illam gl.in d. l.omnes,C.de annon. dixit Bal. in auth.defuncto.C. ad Tertul. & in l. etiam, in ult.col. ff.de execu.re iud. ꝙ pauperes, quorum induſtria ſit neceſſãria ad eorũ alimenta,& uictũ, non debent concurrere ad onus impoſitæ collectæ & uide quod ſcripſi in c. quod non eſt licitum. ĩ. de reg. iu.Itē uide ad materiam ipſum Pan. cum concor. ibi additis in ca. ex ratione, in 1. col.ſ̃.de appel.

ANT. FRAN. An collecta impoſita, ſi ſit grauis adeo,ꝙ non exempti non poſſint illam ſoluere, dēat ſolui per exēptos & priuilegiatos, uide Bal.in l pen. C.de teſta. mili & in l.placet,ĩ 2.co. C.de ſa.ſan.ecc.& no.in l.cura, in §. fi.ff.de mu. & hono.ubi dicit,ꝙ ad collectã grauē ſoluendã tenentur ēt milites, quamuis gaudeant priuilegio non ſoluēdo. Et uide ēt Bart.in l.maximarum, C. de excu.mu.li.10. qui dixit,ꝙ etiam p̄ſona priuilegiata,prout ſunt ambaſiatores, licet ñ teneantur ſoluere collectas, nihilominus, ſi ſunt miſſi data opera in legatione, tenentur ſoluere, ut p Bar. in l.uniuerſi,C.de leg.eo.li.Et adde, ꝙ collectam ſoluere non tenētur pauperes, ut in l. indictiones, C.de anno. & trib.li.x. & in l.fi.& ibi per Bar.C.qui nu. liber.ſe excu. & per Bald.in ti.de pace cõſt.in §.nos.Romano,in 3.col. in uſib.feu. & an collectã teneatur ſoluere ciuis recedēs de loco p⁹ collectã impoſitã, vide Spec.in §.nunc dicendũ,in uerſi.ſed quid erit; & per Bar.in l. incola,ĩ 2.q.ff. ad munici.

c SEB. SAPIA. Quòd ſi emphyteota.Ex hoc etiã ſequitur quòd ab emphyteota perpetuo non poteſt res emphiteotica euelli, etiã ꝙ ali⁹ offerat meliorem conditionem,etiã ꝙ ille, qui conceſſit in emphyteoſim, ſit perſona priuilegiata, ut eccleſia. Ita dicit Alex. in conſi.75. inci.circa primũ, col.8. in.2. uolu.



ptitiis,qui ſunt in p̄petuũ adſcripti & obligati glebę, i.terræ,qui nõ hñt facultatē inde recedēdi, & tales ſunt in ueritate liberi. vñ nõ pñt uendi ſine terra, & pñt hr̃e propriũ & teſtari;in multis tñ æqparanť ſeruis, & de differētiis inter iſtos & ſeruos,vide p gl.pe.in.l.ne diutius,C.đ agri. & cēſi. li.11.& qđ le.& not.in c.2. de Iudę. & in iſtis adſcriptitiis intellegit gl.noſtra iſtũ tex Ex quo inferť,ꝙ eccl.poteſt hr̃e iſtos adſcriptitios,licet ſint in ueritate liberi. Ex quo ēt infert,ꝙ eccl.approbat nedũ ſeruitutem,ſed ēt iſtã cõdõnem, quaſi ſeruitutem in hoĩb.liberis.Sed qm̃ ipſi reperiuntur in multiplici ſp̄ē,& ſępe ignorãtur uocabula, proſequar hic quædam, quę tanguntť per Hoſt.in ſumma de natis ex libero uentre.§.ſic fecimus,alias incipit.§.& in quibus.Scias.n. ꝙ agricola eſt nomen generale continens ſub ſe multas ſpecies,& dr̃ agricola,quaſi agrum colens.Agricolarũ alii dñr adſcriptitii,& alii cēſiti,& alii perpetui,& alii coloni cõdõnales,alii inquilini,alii originarii,alii ſimplices coloni. Adſcripticii dñr ſm̃ Hoſ. in loco p̄al. hi,q p ſcripturam ſolo, ſiue terræ,uel glebę ſunt ſcripti.i.adſtricti ſunt,Fieri aũt debet fides de hoc gñe, ſeu obligatione ex duabus ſp̄ēb.obligationũ,ſ.tam ſcripturæ; quã cõfeſſionis, uel depoſitionis apud acta.Dēt.n.ſm̃ eum prius fieri ſcriptura,in qua promittunt dño terrę nunquã a ſolo recedere, & ex tali ſcriptura conſtituunť adſcriptitii,tñ per hãc ſolã ſcripturã nõ ꝓbanť adſcriptitii:imo alia ſcriptura eſt neceſſaria,in qua cõfiteantur ſe eſſe adſcriptitios.Sic intelligiť.l.cũ ſcimus,C. đ agri. & cenſi.li.11.& hoc ne homines de facili detrahãtur ad deteriorē cõdõnē,ut dicit ibi tex.Sil'e ĩ.l.ſi mulier,C. ad Velleia.ubi ſecũda cõfeſſio efficaciã præſtat. Aduerte hęc fuit opi.gl.in.l.ne diutius,C. dę agri. & cēſi. ut ſola pactio non ſufficiat ad cõſtituendũ quē adſcriptitiũ,ſed Bar.in d.l.cum ſcimus,tenet oppoſitũ dicēs, ꝙ per ſolēnē ſtipulationē p̄t quis ſine alio cõſtituere ſe adſcriptitiũ, & hãc opi. dicit tenuiſſe Mart.de Fa.Ant.de But.Et ad illã.l.cũ ſcimus,rñdet; ꝙ dēt intelligi,ꝙ confeſſio emanauit enunciatiuè, quæ per ſe non probat,ut in c.ſi Papa,de priui.lib.6. Iō exiguntť alia adminicula,& ſecunda confeſſio ſeu curſus. 30.ann. ut ibi. Et ad.d.l.ne diutius;rñdeť, ꝙ dēt intelligi đ pactione nõ ſolēniter facta,ſ.per ſtipulationē.Nã tunc exiguntť adminicula,de quib⁹ in d.l.cũ ſcimus.Mihi tñ plus placet opi. Hoſt. tũ quia magis congruit literę illius.l.cũ ſcimus.Tũ quia cũ iſte adſcriptius parum differat a ſeruo iuxta no.in.l.ne diutius,& in.c.2.de Iudæis,nõ vr̃,ꝙ per ſolã pactionē, licet ſolēnē,dēat trahi ad talē conditionē,ſicut nõ p̄t quis ſe uendere ad preciũ participandũ,niſi uēdatur ignoranti; ut no. inſtit.de iure perſo. in fi. Sed ſi p̄ſeuerat in ſuo ꝓpoſito, ut qa ultra obligationē iterũ cõſenſerit:ſeu cõfeſſus fuit ſe eſſe adſcriptitiũ,p̄iudicat ſibi, ex quo ex toto nõ efficitur ſeruus.Facit optimè,quod leg.& no. in c.peruenit, de emp. &
2 uend.& in p̄dicta.l.ſi mulier.† Et ex his nota argu. pro & ꝯ, an in perpetuũ poſſit quis locare operas ſuas, de quo uide, quod not.in l.antiquitas,C.de uſu.& habi.& in.l.ſtipulationes nõ diuiduntť,ff.de uer.obl.& utrobiq; per Bar. Cenſiti uero dñr hi,qui cēſib. p̄ſoluendis ſunt adſcripti, ut.l.colonis,C.in in quib.cauſis coloni,li.6.& hi eodē mõ conſtituũtur ſm̃ Hoſt.quo adſcriptitii.Debent.n. mõ p̄dicto ꝓmittere ſe nõ receſſuros a ſolo, & ſoluere pro terra certũ cenſum & tñ inter iſtos eſt dr̃ia ſm̃ aliquos,qa cenſitus eſt ille, qui eſt ex adſcriptitio natus.Sed Azo dicit illum cēſitũ eſſe, q rei certæ annuatim p̄ſtandæ obligatus eſt, ut in l.2.C. in q cau.colo.cēſi.li.11.Et hęc opinio vr̃ magis placere Hoſtiē. & glo.in d.l.2.quæ tñ dicit,ꝙ qñq; large accipitur cenſitus, ut comprehendat ēt adſcriptitium,& ibi uide de ſignificato horum uerborum alias expoſitiones. Sed prędicta ſufficiant. Adſcriptitius aũt eſt ad rem incertã obligatus, puta tertiam,uel quartam partem fructuum, uel mediam, prout dñs elegerit,ſm̃ Azo.& Hoſt.& refert gl.in d.l.2. Perpetui dñr hi, quos proditor ſtudioſus & diligens ſuo colonatui perpetuò acquiſiuit. Erat.n. ſm̃ Hoſt.antiquitus ſtatutũ, ꝙ uilib.& miſeris perſonis reditus certi ex publico aſſignarenť t p̄e famis,& tunc,quia ualidi erant,ſimulantes corporis miſeriã; partē redituum percipiebant,& ſic ueris miſeris & debilibus partē,ſeu p̄bēdã diminuebãt.Hos ãt ribaldos, & ſimulatores ſi quis diligens prodebat,& deferebat in publicũ,ſi liberi erãt hi,qui talia faciebãt, & fingebãt, in ſuo p̄petuo hēbat colonatu, ſi ſerui, prim⁹ dñs eis carebat, & proditori, ſeu delatori aſſignabantur, ut.C.de mendicantib.uali.l.una,lib.11.No.tu mirabilē intell'm,quē ponit Hoſt. ex prędictis ad dictã.l.unicã, & iudicio meo multũ illã legem reſtringit,iō plus mihi placet ille intellectus,quē ponit ibi Bar.intelligendo illã.l.ſimpl'r,ut iacet,ſ.ſi quis mendicat ſimulando ſe debilē & impotentē,ꝙ accuſans eũ,& probans ex aſpectu corporis.acquirit illum in p̄petuũ ſuo colonatui,ſi erat liber,quia melius eſt,ut ſtet in perpetuo colonatu, quã ꝙ dēat ita uiliter mēdicare.Si ãt erat ſeruus, p̄dit dñs dominiũ,& acquiritur iſti,qui eum reducit in publicũ.Quod no.ꝯ iſtos ribaldos iniuſtè mendicãtes. Sed ꝯ illam.l.oppo. de auť.de queſt.§.ſi uero.ubi dr̃, ꝙ ſerui ſuis dñis ſunt reddēdi:liberi uerò in op⁹ publicũ dandi.Sol.multiplex. Quidã.n. dicunt,ꝙ illa lex hodie ſit correcta.Hoſ. uerò dicit,ꝙ lex antiqua loquiť de ſimulantibus,quia a diſpenſatore ſæpe ualidi cũ inualidis admittũtur ad eleemoſynã. Et dicit Hoſt.ꝙ cum hi ſimulatores tam grauiter puniantur, quid putandum eſt de occupantibus plura beneficia in præiudicium pauperum clericorum, ut.ſ̃.de præb quia in tm̃,de reſcri.ad aures? Sed tu ꝯ iſtos uide.1.q.2.c.clericos, & c. paſtoralis.12.q.1.c.illi,qui. Sed circa precedens dictum uide Bar.in d.l.unica.ubi dicit tex.d.auť.debere intelligi,qñ tales ribaldi reperiuntur a perſona publica, ſed tex.in.l.unica, loquitur qñ deferuntur a priuato,quod ſatis placet. Coloni conditionales dicuntur,qui conſtituuntur hoc ſolo,ꝙ per 30. annos in ſolo ſine controuerſia fuerunt,ut in.l.cum ſatis C.de agri.& cenſi.& hęc conſuetudo eſt Bononiæ ſm̃ Azoñ Hoc tñ non placet Azon. ut ſolus curſus t p̄is faciat eos ita adſcriptos, quia nõ ſufficit una ſola cã. d.l.cũ ſcimus,&.ſ̃.dixi.& ideo neceſſe eſt ſm̃ eum, ꝙ p̄cedat promiſſio in ſcriptis, uel ſine ſcriptis,ſ.ꝙ perpetuò promittat ſe ſtare in fundo,& poſteà per 30. annos ibi p̄maneat Hoſtiē.uero dicit, ꝙ prior ſententia uŕ confirmari.ĩ. de Iudęis.c.2. & in.c.iſto,& profectò opin.Hoſt.eſt magis cõſentanea tex. illius.l. cum ſatis, & d.c.2.quę vr̃ tenere Bart.& gl.in d.c.2.& uide qđ ibi not.intellige tñ ſufficere lapſum.30.ann.qñ ſteterunt tãquã adſcripti,& obligati ſolo.Nã tunc ex curſu tãti t p̄is p̄ſumiť præcedens obligatio,arg. l.cum de in rem uerſo,ff.de uſu.& ita lo

quiẽ tex.in d.l.cũ ſatis,ſecus dic, ſi ſtete-
rũt p.30. annos tanq̃ coloni noſtri tpis,
qa tunc nulla acqriẽ obligatio, arg. in.l.
fi.ff.quẽadmodũ ſer.amit.Inquilini uerò
non differũt ſm quoſdã a colonis, arg.p
eis in.l.diffinimus,C.đ agri.& cẽſi.Azo.
tñ tenet ꝯriũ,qa ꝑriè colonus cõdõnalis
eſt, q cũ ſua familia in fundo inhabitat,
nec à fundo recedere p̃t.Inquilinus uero
eſt,q & ſi in fundo teneaẽ,in ſuburbio tñ
moraẽ, & ĩ eo minus eſt adſtrictus,quaſi
in alia parte ſuburbii domũ cõducẽdo in
habitare poſſit. Hoc.n.colono non licet
ſm Hoſ. Ego credo hoc ꝓcedere capien
do hoc uerbũ,inquilinus,ſtrictè,ſed lar-
gè capiẽ ꝓ eo,qui domũ noſtrã inhabitat
ad certũ tp̃s ẽt ſoluẽdo p̃tiũ, ut ꝓbaẽ ĩ c.
pp.§.verũ,de loca. Originarius eſt, q ex
colono & cõdõnali naſciẽ, & ſm quoſdã
in ipſo ſolo,aľs nõ eſſet originarius : ſed
Azo tenet ꝯrium.Sufficit.n.ꝙ pater ſuus
ſuſcepit fundũ mõ p̃dicto colendũ , & ad
tex.d.l.cum ſatis , dum dicit , ſi ibi fuerit
natus,ſupplet,maximè,alias p̃t fieri fraus
ꝯ dñm, qa mulier p̃gnans ſe alio confer-
ret, ut ibi pareret,& hoc placet , & idem
not.ĩ d.l.cũ ſcimus,& uř tex.iudicio meo
in d.l.cũ ſatis.1.rñſo, C. eo. Et intelligo
p̃dicta,quando ſoboles eſt nata ex mulie
re colona, ſecus, ſi eſt oĩno libera ſequiẽ
enim partus etiam in hoc conditionem
uentris.De quo uide quod le.& not.in fi.
C.e.;Coloni uerò ſimplices ſunt, qui ſub
certa annua mercede in pecunia numera
ta prædia colenda accipiunt . aliàs enim
ſine pecunia non eſſet locatio,l.ſi merces
ff.loca.Et horũ quidã ſunt partiarii, qdã
ad nummum conducti,&c.ut in uſu quo-
tidiano uerſantur . Hæc autem ſufficiunt
ad propoſitum noſtrum.

ZACHAR.

a Sunt excõmunicati. Adde Gul. de Cun. in. l. placet, nu.2.& ibi in apoſtil. Celſi ad eum in uer.eccleſiæ,C. de ſac.ſan.ec. Iac. Reb.in l.1.nu.20. & ibi in apoſ.eiuſdem Celſi, in uer. de exac. tribu. C. de mulie. & ĩ quo loco,li.10.

SEB. SAPIA.

b Noueris.Vide Feli.in c.Rodulphus col.19.uer.ſciat ſe excommunicatũ , & col.20.in uerſi. alioquin excommunicatũ eſſe cognouerit,ſ.de reſcrip.

## SVMMARIVM.

1 *Laici imponentes collectas clericis,uel eccleſijs,uel eorum iuriſdõnem uſurpantes,ſi non deſiſtunt.ſunt excommunicati cum eorum fautoribus .7.*

2 *Pecatum grauius committunt habentes,notitiam legis Diuinæ,quam ignorantes.*

3 *Clerici & eccleſiæ ſunt regulariter immunes ab omnibus collectis,& impoſitionib. laicorum, niſi interuenientibus illis,de quibus s.n.4.*

5 *Epiſcopus in tangentibus totum clerum oportet , quòd habeat conſenſum totius cleri, & non ſufficit conſenſus capituli tantum.*

6 *Bona eccleſiæ ſunt deputata uſibus clericorum & pauperum.proprietas autem eſt ipſius Dei.*

7 *Exigens pedagia à clericis ſunt ipſo facto excommunicati,etiam nulla præcedente monitione.*

8 *Turbantes iuriſdictionem Prælatorum & moniti non deſiſtentes.ſunt ipſo facto excommunicati .*

9 *Excommunicatio ipſo facto incurritur per iſta uerba, noueris te excommunicationi ſubiacere.*

10 *Angariæ ſunt obſequia , quæ conſiſtunt in operis tantùm,perangariæ uerò conſiſtunt in operis perſonarũ, & rerum impendijs.*

11 *Eccleſia an & ad quæ onera teneatur, uide ĩ diſcurſu. Munera , quæ dicantur tam realia , quam perſonalia, uel miſta,& ſimilia,& qui teneantur ad ea .*

12 *Munera perſonalia ſunt,quæ labore corporis explicantur ſine rerum detrimento.*

13 *Munera perſonalia iuriſdõnem habentia non poſſunt ſubire fœmina, aliàs ſecus .*

14 *Clerici non poſſunt honores inter laicos habere,& non habent uocem in concilio laicorum.*

15 *Clerici,uel monachi non tenentur ſubire tutelam,uel curam minorum,poſſunt tamen,ſi uolunt,agnoſcere legitimam.*

16 *Eccleſia tenentur ad refectionẽ uiæ,uel putei uicinalis, & pontium, & murorum ciuitatis.8.*

17 *Immunitas ab exactiõib.ẽ cõceſſa eccleſijs ,clericis,et eorũ bonis , à iure diuino. Imperator non poteſt ſtatuere contra Legem Dei .*

18 *Clerici tenentur ad omnia onera, quæ conuertuntur in utilitatem communem clericorum & laicorum,& ad hoc ſoluendum ſunt cogendi coram ſuo iudice ſecundum unam opi.quæ improbatur hic .*

19 *Neceſſitas, quando imminet & periculum eſt in mora , poteſt actus explicari ſine ſolennitates alias requiſita.*

20 *Leges,uel ſtatuta canonibus non contraria ſunt ſeruanda in utroque foro , niſi ſint eccleſijs,uel eccleſiaſticis perſonis damnoſa,quo caſu ad eorum ualiditatem requiritur ſpecifica approbatio a Papa.*

21 *Gabella non debet ſolui ab eccleſiis & clericis , niſi fuiſſet impoſita pro oneribus,ad quæ tenetur eccleſia .*

## CAP. IIII.

1 NOn minus. † Laici collectis imponentes
clericis,uel eccleſiis, ſeu iuriſ-
dõnem eorũ uſurpantes, ſi moniti non deſiſtunt,
a excõicati ſunt [a] cũ ſuis fautorib.Põt tñ Ep̃s cũ cle
ro eis in neceſſitate p̃bere ſubſidia.h,d.Prima ps narrat , &
aggrauat horridã oppreſſionẽ eccleſię , quã faciebant ptã-
tes ſeculares.Secundò,ibi,*quocirca prouidet*.& hęc tria facit.
Primò pęnam cõminaẽ.Scđò ponit caſum pmiſſum.Tertiò
pęnã cõminatã ĩponit.Caſus lit.In quibuſdã partib. mũdi
rectores locorũ ĩponũt tot onera eccleſiis,ut ſacerdotes ea
rũ deterioris cõdõnis uideãtur, quã fuerint ſub Pharaone,
qui Legis notitiã non habebat,imo ſacerdotes & iura eorũ
in priſtina libertate dimiſit, & de publico eis neceſſaria mi
niſtrabat . Sed iſti oĩa onera ſua fere imponunt eccleſiis , &
iuriſdõnẽ eccleſiarũ ſibi in totũ uſurpãt. Vñ Lateran. cõci.
ſub anathemate ꝓhibet,ne talia de cætero attentare p̃ſu-
mãt,niſi Ep̃s & clerus tãtã neceſſitatẽ perſpexerint, uel uti
litatẽ,ut abſq; ulla coactione æſtiment ſubueniendum, ubi
laicorũ non ſuppetũt facultates . Si uerò de cętero uenire ꝯ
iſta p̃ſumpſerint , & cõmoniti nõ deſtiterint , ſe nouerint
excõicatos,nec cõioni reſtituãtur, donec ſatisfecerint cõpe
2 tenter.B.No.1.diuerſa nomina regentiũ ciuitates . Quidã
enim uocanẽ cõſules,alii rectores, alii ptãtes , & uide alia
nomina.ĩ.eo.c.qm̃,li.6.Not.2.ꝙ cęteris parib. plus peccat
habẽs notitiã Legis,quã ignorãs,ad hoc,de pœ.di.2. ſcien
3 dũ. †No.3. ꝙ rľr clerici & eccleſiæ ſunt immunes ab oĩbus
collectis laicorũ:& impoſitionib.& uide aliũ tex in c.q̃q̃,đ
4 cẽſi.li 6.& ĩ.dicã latius.†No.caſum,in quo licitè clerici.&
eccleſię ſoluunt collectã, ſeu cõtribuunt una cũ laicis in re-
bus publicis licet ad hoc non teneanẽ.Dẽnt tñ plura con-
5 currere.Primo,ꝙ ipſam deliberet Ep̃s cum clero. † Ex quo
no.ꝙ in tãgentib. totũ clerũ nõ ſufficit ep̃m hr̃e cõſenſum
ſui capituli.ſed oportet,ut interueniat cõſenſus cleri,facit
cle.1.& 2.de cẽſi.& uide qđ no.Inn.in c.ueſtra,đ loca.Scđo
requiriẽ,ꝙ ſoluaẽ imminẽte maxima neceſſitate,uel utilita
te ciuitatis.Tertio, ꝙ laicorũ facultates nõ ſuppetãt , & ſic
dẽt in ſubſidium fieri.Quartò reqriẽ hodie,ꝙ fiat Romano
6 pontifice prius conſulto,ut.ĩ.eo. aduerſus. †No.ꝙ bona ec
cleſiarũ dñr deputata uſib.clericorũ & pauperum. nõ ergo
ſunt clericorum,uel pauperũ,niſi ad uſum ſolũ. Sic intelli-
ge.c fi.16.q.fi.& uide quod dixi in d.c.cũ ſuper, de cau. poſ.
& proprie . ubi dixi ad quẽ pertinet ꝓprietas bono. eccle.
7 †No.pęnam laicorum eccleſiis collectãtiũ,uel clericos.Nõ
n.ſunt ipſo iure excõicati,ſed requiriẽ ꝙ admonitio pręce
dat ſecus dic, in exigẽtib. ab eis pedagiũ , qa tales ſunt ipſo
facto excõicati,ut in c.q̃q̃,de cẽſi.li.6.& in cle.pñti, eo. tit.
Et rõnem diuerſitatis ibi uide , & etiã in c.innouamus, de
8 cenſi.†Et id, quod dicitur hic de collectas exigẽtibus , ha-
bet locum ẽt in turbante iuriſdictionem Prelatorum , ut
9 hic . hodiè uero adde quod habetur in c.qm̃.ĩ.eod libr. 6.
b † Vlti. not. ꝙ per hęc uerba, noueris [b] te excommunica-
tioni ſubiacere, ꝓferẽ excõicatio ipſo facto,ut ſatis colligiẽ
ex fine literæ. Ad idem facit qđ leg.& no.in c.p̃tereà reqſi
10 ſti,de app.& c.nouit,de his,q̃ fi.à præla. † Venio ad gl.pri
mò q̃ro,qa tex.facit mẽtionẽ đ angariis,q̃ dicanẽ angariæ?
Sol.dicit gl.in uer.de angariis,ꝙ reperiunẽ angariæ, & per
angariæ.Angariæ dicunẽ ꝑſonalia obſeqa,ꝓpriis ſumptib⁹
p̃ſtita.Perangarię dicunẽ,cũ p̃ſtanẽ alienis ſumptibus. Ad-
uerte,totũ ꝯriũ uoluit gl.in l.neminẽ,C. de ſac.ſan.ecc. &
ſentit Inn.hic,ꝙ angariæ cõſiſtũt ĩ opib⁹: ꝑ angariæ uerò,ĩ
qbus utrunq; uertiẽ,ſ.opa ꝑſonarũ,& rerũ impẽdia.Et hoc
uerius,qa dictio ꝑ,auget,ut in l.urbana.§.pernoctare,ff.de
uer.ſig.& ĩ c.ſi cõſtiterit,de accu. Et ſic primum eſt munus
merè ꝑſonale ſm uerò eſt miſtũ.Et ſcias,ꝙ hoc uerbum re
periẽ in plurali,& in neutro gñe,& appellaẽ angaria ; & ſic
uř appellare Inn.hic. Itẽ reperiẽ in ſingulari,& in plurali ĩ
11 fœminino gñe,ut hic. † Opp. ſcđò & uř,ꝙ eccľia teneatur
ſoluere onera,ſicut & alii.11.q.1.c.ſi tributum,& 24.qõ.8.
tributũ,& in c.1.in fi.de cenſi.Sol.ut in gl.in uer.ſub tribu-
to,q̃ ꝑfectè & formaľr nõ ſoluit,Inn.hic latè examinat , ad
q̃ munera teneanẽ eccľia,& clerici;& aliq̃tulũ loquiẽ confu
ſè more ſuo.Et in effectu uř facere hęc mẽbra,ꝙ munerum
q̃dã ſunt ſordida,q̃dã honeſta.Honeſtorũ q̃dã ſunt ordina
ria,itẽ q̃dã ꝑſonalia,q̃dã p̃rimonialia. Prætereà q̃dã reſpi-
ciunt pietatẽ,quædã publicã utilitatẽ,quędã nudã uolunta
tem,ſed hunc ordinẽ non ꝓſequor,ſed faciliorẽ & ueriorẽ,
quo utiẽ Iuriſcõſultus in l.munerũ,ff.de mune.& ho.& ſeq
tur Bar.in l.1.C. de mulie. & in quo loco munera ſubeunt
perſonalia.l.una, li.10. Vbi plenè ꝓſequiẽ hanc materiam
quo ad laicos tàm maſculos,q̃ fœminas; ut dicamus,mune
rũ quædã ſunt ꝑſonalia,quædã p̃rimonialia, quædã miſta.
Et primò ſcias, ꝙ munus [a] dicitur tribus modis,ut l.munus
tribus,ff.de uer.ſig.dixi.ſ.eo.ſuper ru.Sed in propoſito nr̃o
munus ꝓpriè eſt, qđ neceſſariò ſubimus lege, uel moribus,
uel imperio eius,qui habet poteſtatẽ,ut l.munus ꝓpriè , ff.
de uerb.ſigni. Et hoc tenentur perſonæ eccleſiaſticæ ſubire
reſpectu iuriũ eccleſiaſticorũ,ut in c.conquerente,de offic.
ordi.cũ ſi. Sed materia nr̃a conſiſtit reſpectu laicorum,an
12 &.qñ eccleſiæ & clerici teneanẽ ad munera laicorũ . † Ve-
niamus igitur ad primũ mẽbrum, dixi enim, ꝙ quędã ſunt
merè perſonalia.& dicunẽ merè ꝑſonalia,quia labore cor-
porali explicanẽ ſine detrimento rerũ,ut in d.l.munerũ, in
prin.& iſtorũ q̃dã habent honorem annexũ,[b] & appellãtur
honores.Hinc dixit tex.not.in l.cui munerũ,ff.de mune. &
ho.ꝙ ſi alicui fuit muneris publici conceſſa uacatio,non re
mittiẽ ei,ne magiſtratus fiat,quia id ad honorẽ magis, quã
ad munera ꝑtinet ; quod no. Et ad hoc munus honorabile
13 tenenẽ laici.l.incola,ff.ad muni. † ẽt fœminæ, ſi nõ habent
iuriſdictionẽ admiſtã.d.l.unica,C. de mul.* & in quo.* &
dic,ut plenè de hoc quo ad laicos,ut ibi no.per Bar.† Cleri
14 ci uero nec tenẽtur,nec pñt hos honores inter laicos ſume
re , qa nemo militãs Deo implicat ſe negotiis ſecularibus.
ĩ.ti.ꝓxi.c.1.& aptius ꝓbaẽ in l.placet,C.de epiſ.& cler.ubi
tex.dicit,ꝙ nihil cõe dẽnt clerici hr̃e cũ publicis actionib⁹,
uel ad curã ꝑtinẽtibus,cuius corpori non ſunt annexi, &c.
Per illũ tex.dicit,ꝙ ẽt de uniuerſitate laicorũ nõ ſunt;unde
nõ habẽt uocẽ in cõcilio populi; qđ tenet Inn.in c.dilecta,
ꝓpe fi.de exceſ.p̃la. Quædã uerò munera perſonalia habẽt
non honorẽ,ſed quandã uilitatem annexã, & appellãtur.ſ.
munera ſordida;& hæc conſiſtunt in uilibus,ut in arena fo-
dienda,& in calce coquẽda,& aliis,in qbus uerſaẽ quædam
uilitas;& uide multa exẽpla in l.maximarũ,C. de excu.mu.
lib.11.Et poteſt pro iſtis cognoſcendis dari hæc regula ſm
Bar.in d.l.unica,quia ſicut illud eſt honor, quod in loco re
putatur honor,ut no. Inn.in c.de multa,de præben.facit.c.
cum olim,de conſue.ita illud eſt uile,quod reputatur uile;
& hęc officia uilia poſſunt dici angariæ ab ango , quod idẽ
eſt,quod conſtringo,quia cõſtringunt ad illud.Ita ſumitur
illud uerbum in paſſione dñi , ꝙ ad ferendum crucem an-
garia uerunt quendã Simonem,&c.Hęc
officia uilia de iure ciuili deferuntur tm̃
humilioribus perſonis, non autem maio
rib⁹,ut l.humiliores,C.de ſuſce. & arca.
li.10.Ab his uerò clerici & mãcipia, ſeu
coloni clericorũ & eccleſiarum ſunt im
munes,etiã de iure ciuili.l.placet , C.de
ſac.ſan.eccle.& l.2.C. de epiſ.& cleri. &
16.q.1.*c.generaliter.§.* nouarum. Sed
contra hoc facit l.neminem,C. de ſacro
ſan.eccle.ubi innuitur,ꝙ eccleſia tenetur
ad angarias,& per angarias.Sol.Inn.du-
pliciter.Primò,ꝙ ibi nõ dicitur,ꝙ eccle-
ſia ſubeat angarias,ſed dicitur neminem
excuſari, etiã ſi poſſeſſio pertineat ad ec
cleſiam.Quod eſt intelligẽdum ſm cum
de ruſticis,& colonis poſſeſſionum eccle
ſiæ , quæ nõ excuſantur in caſu ibi expreſ
ſo,ſ.in aduentu Principis,quamuis alias
ſerui & coloni eccleſiarum nõ debent an
gariis & perangariis fatigari.12.q.2.eccleſiarũ ſeruos. Cle
rici autem hoc caſu ſunt immunes ſm quoſdam. Vel ſecun
dò poteſt dici ſm eum,ꝙ eſt ſpeciale in aduentu Principis,
ut angarias & perangarias præſtent,etiam eccleſiæ,dummõ
ad ſordida munera non cogantur. Ego puto,ꝙ clerici, uel
ſerui,qui ſunt in dñio eccleſiarum,nullo mõ teneãtur ẽt in
aductu Principis,quia tunc dictæ perſonæ ſunt exemptę à
dñio & iuriſdictione laicorum,ut leg.& no.96.diſt.c. ſi Im
perator;no.Inn.in c.2.de ma.& obe.& glo.iuncto tex.in c.
quanquam,de cenſi.li.6. ergo in nullo tenentur eorum per
ſonę ad obſequiũ Impatoris; facit.l.reſcripta , §.fi.& quod
ibi no.per Bar.ff.de mune.& ho.& quod ĩ.dicam.unde non
potuit Imperator in hoc ꝑ aliquam legem diſtringere cle-
ricos, arg.in c.quæ in eccleſiarum, de conſtit. & c.fi.de reb.
ecc.nõ alie.& no.hic Io.An.ſuper gl.& ĩ.latius dicam. Sed
reſpectu colonorum liberorum , qui ſeruiunt eccleſiæ pro
mercede,poteſt procedere.d.l.neminem, & dictũ Inn. cum
enim illi ſint ſubiecti Imperatori iuxta no.in c.indicatum.
79.diſt. & per ipſum Imperatorem à multis exempti in d.l.
1.& 2.C.de epiſ.& cle.potuit Imperator in certis caſibus il
lam immunitatem limitare & reſtringere , ut in ſimili no.
15 gl. in c.cum ſm leges, † de hæreti.lib.6. Quædam & tertiò
ſunt onera perſonalia,quæ nõ habent in ſe dignitatem, ſeu
honorem,uel uilitatem,ut eſt legatio,ſeu tutela,uel cura;&
ad hoc omnes laici tenentur,niſi habeant excuſationẽ legi
timam,ff.de excu.tut.per totum.ff. de leg. per totum. Sed
clerici non tenentur,ut l.generaliter,C.de epiſ.& cleri.ca-
nonizata.16.q.1.generaliter,uide tamen tex.iuncta gl.no-
tabili in c.peruenit 86.diſt. ubi legitur & no. ꝙ licet clerici
& monachi non teneantur ſubire tutelam,& curam mino-
rum; pñt tñ,ſi uolunt agnoſcere legitimam,quia eſt officiũ
pium ; quod no. & dic,ut ibi latius no. Et in hoc caſu rectè
põt intelligi.c.2.ſ.eo.Nam quia pium eſt cuſtodire ciuita-
tem,& patriã tpe neceſſitatis;ideo diſponitur ibi,ut cleri-
ci teneantur;& dic latius,ut ibi dicam. Et hæc ſufficiũt quo
ad primũ mẽbrũ.Et intelligo p̃dicta procedere quo ad cle-
ricos tã in muneribus ordinariis,quam extraordinariis.Et
dic,ꝙ ordinaria munera dicunẽ illa,q̃ habẽt certã & deter
minatam ſeu ordinatã pręſtationẽ . Extraordinaria ſunt ,
quæ q̃nque per accidens imponunẽ , ad hoc quod in ſimili
habeẽ in l.Seio.§.medico,ff.de annu.le.& hoc tenuit Guli.
in l.neminẽ , C.de ſacroſan.eccle. ubi tractauit iſtã mate-
riã,& poſuit Bart.in d.l.una.& ſecundũ eũ poteſt dicit,ꝙ il
la ſunt extraordinaria munera , quæ non imponunẽ à lege,
uel à ſenatuſcõnſulto , uel conſtitutionibus Principum ; &
hoc uideẽ innuere tex.in l.1.C.de uaca.mune.lib.10.ſed in
idẽ recidit cũ p̃cedenti,quia qñ imponiẽ lege,uel cõſuetu-
dine,habeẽ de neceſſitate certã p̃ſtationẽ.Et hęc ordinaria

SEB. SAPIA.

a Quòd munus.Vide Iaſ. declarantem in l.placet.in prin.C.de ſac.ſan. eccle.

ZACHARIAS.

b Quędam habent honorẽ annexum. Adde quæ munera habent honores,& quæ dignitatem annexã. Iaco.Rebuf.ĩ l.1.nu. 6.C.de mulie. & ĩ quo loco. lib.10. & quę illa ſubire tenenẽ uide eundẽ ĩ l.uniſquiſq; ,C. de ſilenti. lib.12.

**SEB. SAPI.**
a Quod eſt munus. Vide Ang. in cõſ. 24. inci. eccleſia ñ tenetur ad munera, & Calde. in cõſil. 2. inci. ſtatuto Peruſino cauetur, in tit. de cenſi. Pe. de Anc. in conſil. 298. incip. habe. ſtatutum communis Paſtoris.

**SEB. SAPIA.**
b Ante domum. Vide Cardi. in cle. 1. in. 18. q. de uita & honeſta. cle. Alexan. in conſil. 68. inci. uiſo & bene diſcuſſo, co. 6. in. 2. uolu. Bar. Vero. in tract. ſeruit. ruſticarum in tit. de uia. q. 25.

c In qua eſt eccleſia. & adde Alber. de Roſa. in. l. cum uſusfructus, ff. de uſufruc. ubi etiam Baldus dixit vicinum poſſe cogi ad dictã contributionem expenſæ.

**ANT. FRAN.**
An puteus uiciniæ debeat reparari, & alia pro eo neceſſaria fieri ꝑ ipſos uicinos, uiđ Spe. in ti. de cenſi. in. §. 2. in uer. pone quædã uici. & uide Bar. in conſi. ſuo. inc. quædã cõ uici. ubi tenet, ꝙ uicini tenēt ad refectionē ipſius putei, & ad alia neceſſaria pto eo, ꝙ ēt uoluit Bal. ĩ. l. 4. in §. actor, đ re iudi. ꝙ adeo uerũ eſt, ut ēt ſi uicinus uelit renuntiare uſui ipſius putei, oĩno tenetur conferre ad expẽſas, ut ꝑ Bal. in. l. pen. in fi. de condi. in fer. & tenet. d. Cardi. in cle. 1. ĩ pri. de exceſ. præla. & in. c. 1. de ec. ædifi. & uide Alex. in. l. is cum quo, ff. de aqua pl.. ar.

munera reſpũ rerũ & p̃ſtationũ appellāt
qñq; ĩdicta: qñq. ſuꝑindicta. Nã prĩceps
qñq. ĩponit collectã ꝓ neceſſitatib. oc-
currẽtib. & hoc p̃t appellari ſuꝑindictũ:
q̃a indr̃ ſuꝑ ordinariũ. Indictũ uerò olĩ
erat extraordinariũ: ſed poſtea effectum
fuit ordinariũ: qa ĩponebat̃ ꝑ ſingula lu-
ſtra, i. de quĩquēnio ĩ quinquēniũ, & ſic
hēbat certã & determinatã p̃ſtationé, &
uide de his, C. de iud. ꝑ totũ, & l. una, C.
de ſuꝑindi. li. x. Ab his oĩb. eccl'ia ē exē-
pta, ut ĩ. patebit ēt de iure ciuili. d. l. pla-
cet, C. de ſa. ſan. ec. aut̃. itē nulla cõitas, e.
16 ti. & c. q̃q̃, đ cẽſi. li. 6. † Venio nũc ad ſm
mẽbrũ prĩcipale[c] i. ad munus p̃rimonia-
le. & ſciẽdũ, ꝙ id appellat̃ ꝓpriè p̃rimo-
niale, ubi uertit̃ ſũptus, ut ĩ l. munerũ. §.
p̃rimoniorũ, ff de mu. & ho. & hoc mun⁹
tripliciter ĩponit̃. Nã qñq. ĩponit̃ reb.
nulla habita cõtẽplatiõe ꝑſone. Qñ que
ĩponit̃ ꝑſonę tm̃, nulla habita cõtẽpla-
tione p̃rimonii. Qñq. ĩponit̃ ꝑſonæ ꝓ
reb. habita cõtẽplatiõe p̃rimonii. Venio
a ad primũ mẽbrũ, qđ ē munus merè p̃ri-
moniale, & iſtud ē triplex. Nã qñq. indr̃
rei đ eo, qđ fiẽdũ ē de ipſa re, ut ꝙ nauis,
equus, uel currus uadat ad ſuitiũ reipu-
blicæ. Hoc. n. fit ĩ ipſa re. Qñq. hoc mun⁹
ĩponit̃ ſuꝑ eo, qđ ꝑcipit̃ ex ipſa re, ut det̃
certa pars fructuũ, ut l. modios, C. de ſu-
ſcep. & arca. li. x. Qñq. ĩponit̃ ipſi rei de
eo, qđ ñ ꝑcipit̃ ex ipſa re, nec ē ĩ ipſa re:
ſed ē oĩno extra rē, ut qñ dēt ꝓ ipſa re p̃
ſtare certã q̃titatē pecuniæ annuatĩ. Exē
plũ primi & ſecũdi ĩ. d. l. munerũ. §. patri b
moniorũ, & ſeq. Exẽplũ tertii in. l. hacte
nus, ff de uſufru. & ĩ oĩb. legib. tractãtib.
de tributo & uectigalib., q ſoluũt̃ ĩ pecu- c
nia pro rebus, ut ĩ. c. 1. ĩ fi. de cẽſi. &. d. l.
placet, C. de ſacroſan. eccle. &. c. tributũ.
23. q. 8. Differt iſtud tertiũ à munere, ꝙ
imponit̃ ꝑſonę ꝓ rebus. Nã ibi eſt obli-
gata ꝑſona & ꝑ ꝯſequẽs oẽs res patrimo
nii. l. aufert̃. §. fiſcus, ff. de iur. fiſ. Hic uerò
q̄libet res tenet̃ ꝓ munere, ꝙ eã reſpicit,
& vltra. l. Imperatores, ff. de pub. Qui au
tē excuſant̃ ab iſtis munerib., dixit Bar.
in. d. l. unica, ꝙ nemo cuiuſcunq; dignita
tis exiſtat, ēt ſi ſit eccleſia; alleg. de exact.
trib. l. fi. C. de ſac. ſan. eccle. iubem⁹ nullã
nauē. l. placet, &. l. de his, C. de epiſ. & cle
ri. niſi quaten⁹ lege, vel priuilegio ſpecia
liter ſit expreſſũ, vt ĩ. l. 1. C. de epiſ. & cle
ri. Aduerte licet Inn. hic inuolutè loqua
tur: hoc tñ ĩ hoc paſſu ſẽtire vr̃. Dicit. n.
qđ ſi ad eccleſiã ꝑueniũt poſſeſſiões, qua
rũ rõne dēt p̃ſtari ꝑſonale mun⁹, ſeu mi
litar̃, puta exercit⁹, ſeu hoſpitiũ, uel aliud
ſimile; iſtud p̃ſtabit eccl'ia, arg. 18. diſt. c.
ſi Ep̃s Metropolitanus. 28. q. 8. c. ſi nobis,
&. c. ſępe. ff. de pub. l. Imperatores: tũc tñ
ñ ſubit iſta tãquã onera, ſed uel ex pacto
uel tãquã tenēs rē oneratã. Quęlibet. n.
res cũ ſuo onere trãſit. ſ. de deci. c. paſto-
ralis, &. c. ex lr̃is, de pig. Hęc aũt munera
ꝓpriè patrimonialia appellãt̃ ſm eũ, ff.
đ mune. l. 1. §. patrimoniale; & hæc bene
ſubit eccl'ia, niſi ſint ſuꝑindicta: q̃a ad il

la nõ tenet̃, C. de epiſ. & cleri. l. oẽs. 9. q. 1. c. ſi tributum. Ab
his ēt ſuperind ictis immunes ſunt clerici, & eorũ uxores, &
liberi. 16. q 1. d. §. nouarũ, C. de epiſ. & cleri. l. 2. &. l. oẽs, niſi
neceſſitas immineat, ſ. e. c. ꝑuenit. Et in hoc iudicio meo in
cõpetẽter alle. illud. c. ĩ iſtis munerib. patrimonialib.: quia
illud. c. loq̃t̃ de ꝑſonalib. Subiicit ēt Inn. ꝙ ab aliis omnib.
& ſingulis excuſãt̃ & quãtũ ad decimas, & oblatiões, & alia
ſpũalia & ēt quãtũ ad mãſum eccl'ię ſiue dotē; ita tñ, ꝙ ſi fũ
dus eccleſię, i. in quo fundata eſt eccl'ia, uel fundus dotalis
erat prius tributarius, redimet̃, & tributũ nõ ſoluet. 14. q. 6.
c. cõperimus, &. c. 1. de cẽſi. Quãtũ uero ad alias poſſeſſiões
ſubit eccl'ia munera extraordinaria, dũ tñ reſpiciant pieta
tē, C. de ſacroſan. eccl. l. ad inſtructionē, & ſic poſſet intelli
gi ſm eũ. ſ. e. c. ꝑuenit: ad hoc tñ ñ ſunt eccleſiæ, & clerici ꝑ
ſecularē iudicē cõpellendi, ſed ꝑ eccleſiaſticũ de cuius foro
ſunt ꝑſonæ. Extraordinaria uero, q̄ ad publicã utilitatē tm̃
reſpiciũt, nõ ſubit eccleſia, niſi in aduentu Principis, & feli
cis embolæ C. de ſacroſan. ecc. l. iubemus &. l. placet, &. l. ne
minē. Itē eccleſię ſunt immunes ab ærariorũ inſcriptionib.
23. q. 8. c. ſancimus. Hæc ſunt ĩ effectu dicta Inn. q̄ videntur
cõcernere totũ ſm mẽbrũ principale. Sed ego diſtinguendo
quodlibet mẽbrũ ꝑ ſe dicerē ſic. cũ q̃rit̃, an eccleſia teneat̃
ad munus patrimoniale, ꝙ ſi poſſeſſio ſeu fundus ꝑueniens
ad eccleſiã habebat certũ onus annexũ; & ad illud tenet̃, ſi-
ue habuerit illud on⁹ ex priuata diſpoſitiõe, arg. ĩ. c. dilecti,
de dona. &. c. quãto, de cẽſi. ſiue ex diſpoſitiõe publica, puta
Principis ante, q̃ ꝑueniret ad eccleſiã. Exẽplũ ĩ tributo. Nã
q̄libet poſſeſſio eſt ab antiquo onerata onere ſoluẽdi tribu
tũ Imperatori, ut ĩ. l. Imperatores, ff. de publi. l. placet, C. de
ſacroſan. eccl. &. c. 1. in fi. de cẽſi. Iõ dico, ꝙ eccl'ia tenebit̃ ad
tributũ rõne poſſeſſionis, ſeu poſſeſſionũ, quas poſtmodum
acqſiuit, ꝙ clare innuit. d. c. 1. & ibi dixi plene. Fateor, quod
Italia, q̄ eſt princeps ꝓuinciarũ, ñ obligat̃ hodie ad hęc tri
buta, ut no. ĩ. l. 1. ff. de cenſi. Idē dico in aliis oneribus, q rõ-
ne nãli incũbũt ĩ ipſis reb., ut reficere iter añ domum[b], ff. de
uia pub. refi. l. 1. no. Bar. ĩ l. ad inſtructionē, C. de ſac. ſan. ec.
Itē ĩ purgatiõe putei neceſſarii toti uiciniæ, ĩ qua eſt eccle
ſia.[c] Ad ꝙ no. Spe. in ti. de cẽſi. §. nũc dicẽdũ, ver. itē pone, ꝙ
uicinia. Ad alia aũt onera, q̄ imponũt̃ reb. ſm neceſſitatem
accidẽtē, puto eccl'iã nõ teneri: qa nõ p̃ot res ad illa onera-
ri; iõ, ex quo ꝑuenerũt ad eccl'iã, eximunt̃ ab oĩ exactione.
Et hoc fortè uoluit dicere Inn. dũ dixit eccleſias eſſe immu
nes a ſuꝑindictis. Tñ ñ mihi placet dictũ Inn. ĩquãtũ dicit
eccl'iã teneri ĩ aduẽtu Principis & felicis embolæ: q̃a nõ ui
deo, qũo Imperator potuerit hoc ſtatuere ĩ p̃iudiciũ eccle-
ſię, ex quo aliter a prĩcipio nõ obligauit poſſeſſiões ad hoc
on⁹. Nã poſſeſſiões, q̄ dãt̃ eccl'iæ, dant̃ Deo; & ſic efficiuntur
ſancta ſanctorũ. 12. q. 2. c. qcũq; militũ, &. c. ñnulli. Imꝑator
17 aũt tãq ſubdit⁹ ñ p̃t ſtatuere ſuꝑ reb. Deo dicatis, de cõſti.
q̄ ĩ eccl'iarũ, † p̃ſerti cũ tã eccl'ię q̃ clerici, & bõa eorũ hēant
à iur̃ diuino immunitatē ab iſtis exactiõib., ut ē tex. iuncta
gl. ĩ d. c. quãquã. Imꝑator aũt ñ p̃t ſtatuer̃ ꝯ legē Dei. 25. q.
1. c. ſunt qdã; & hoc ē ꝙ uoluit Io. An. hic, & ſ. e. c. ꝑuenit, ut
dixi, ꝙ nulla lex potuit adſtrĩger̃ eccl'iã ad hęc onera, & ꝑ
hoc patet reſpõſio ad l. munerũ. §. ad huiuſmodi, iũcta gl. ff.
đ mu. & ho. & ad alia, iura, q̄ vñr ĩdiſtictè uelle eccl' ã tene
ri ad onera patrimonialia. vñ puto. l. iubem⁹ nullã nauē, C.
đ ſacroſac. ec. ñ ꝓceder̃ ĩ p̃iudiciũ rei eccl'iæ, đ quo ēt teti
gi ĩ. c. 1. đ do. & ꝯtu. Circa mãſũ eccl'ię, ſeu dotē, & hortum
iuxta poſitũ, ſto cũ Inn. ut đ his tributũ ñ dēat ſolui: ſđ dēt
pri⁹ redimi ab eo, q uult eccl'iã ędificar̃, al's ñ dēt Ep̃s pati
eccl'iã ꝯſtrui, đ quo dicẽdũ, ut leg. & no. ĩ. d. c. q̃q̃, đ cenſi. &
hoc quo ad primũ on⁹ patrimoniale ſm fuit, qñ ĩponit̃ ꝑſo
næ nulla facta mẽtiõe đ re. Et ad iſtũ ĩ dubio ñ tenet̃ eccl'ia
nec clerici, qa ñ ſunt ſubditi Imꝑatori, ſđ oĩno exẽpti, ut in
iurib. ſuꝑius alle. ĩ. d. c. quãquã, qnimo dico, ꝙ ad hoc ñ te
nent̃ laici ciues, ſđ tãtũ ruſtici, & appellat̃ hęc exactio capi
tatio: qa imponit̃ ꝑ capita, non habita rõne patrimonii, ut
l. una



l. una C. de capitati. ciui. cẽſib. eximẽda, li. 11. no. Bar. ibi in
d. l. una. Tertiũ ius fuit, quo ĩponit̃ onus ꝑſonæ habito re-
ſpũ ad patrimoniũ, & ad hoc nõ tenet̃ eccleſia, nec ēt laici
nõ ſubditi, licet hēant p̃rimoniũ in loco, ut l. reſcripto. §. fi.
& ibi ꝑ Bar. ff. đ mu. & ho. niſi aliud hēat cõſuetudo, ut no.
Bar. ĩ d. l. una, ñ tñ ualebit cõſuetudo in p̃iudiciũ eccleſiarũ;
tũ qa ē grauoſa eccleſiis, ut ĩ c. 1. de cõſu. Tũ qa eſt ꝯ liberta
tē eccleſiaſticã, ut in aut̃. caſſa & irrita, C. de ſac. ſan. ecc. cõ-
iũcta aut̃. itē nulla cõitas, C. de epi. & cle. & in iſto mẽbro
p̃t ꝓprie intelligi iſte tex. & cap. fi. de ui. & hone. cler. & c.
q̃q̃, p̃al. Venio ad tertiũ mẽbrũ principale, ſ. ad onus patri-
moniale miſtũ, & dr̃ mun⁹ miſtũ illud, qđ habet onus cum
ſumptu, ff. de mu. & ho. l. munerũ. §. miſta. Participat. n. đ
munere ꝑſonali, quatenus hēt onus annexũ. Itē cũ patrimo
niali, quatenus eſt cũ ſumptu, vñ ꝑangariæ dñr munera mi-
ſta, & de his dic, ut. ſ. ĩ p̃cedẽtib. Nã ubi eccl. nõ tenet̃ ad ꝑ-
ſonalia, nec realia, fortius nec ad iſta miſta, ubi dixi eã tene
ri ad utrũq;, tenet̃ ad iſta, ad hoc c. 2. ſ. eo. ubi procedũt rl'r.
18 † Sed dubitat̃ ĩ qbuſdã, & prĩò qđ ſi eſt aliqđ explicãdũ, qđ
reſpiciat pietatē? Inn. ut. ſ. dixi, uoluit eccleſiã teneri ꝑ d. l.
ad iſtructionē, & ꝑ c. 2. ſ. e. ſec⁹ dicit, ſi reſpicit publicã vti-
litatē, ut hic. Aduerte. l. ad inſtructionē, loq̃t̃ de refectiõe
itinerũ & põtiũ, & ſic uult Inn. eccleſiã teneri ad cõtributio
nē taliũ & ſimiliũ, & ꝑ hoc ur̃ idē ſenſiſſe in ędificatiõe, ſeu
reparatiõe ciuitatis, ſeu caſtri, & idē vr̃ hic uelle gl. in uer.
releuãdas. Idē Vin. & Hoſt. ſed Io. An. 16. q. 1. d. §. nouarũ,
